# DE PRAEPOSITIONIS PER USU TACITEO.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM MARBURGENSIUM ORDINIS

AUCTORITATE ET CONSENSU

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE V. MENSIS SEXTILIS

PUBLICE DEFENDET

**FRIDERICUS GUILIELMUS HENSELL**

RINTELIENSIS.

MARBURGI.

TYPIS ACADEMICIS N. G. ELWERTI.

MDCCCLXXVI.

Multa inesse constat in scribendi Taciti ratione, quae neque repetita ex classicae quam vocant aetatis fonte neque desumpta de sui temporis dicendi ubertate ex sua ipsius indole atque ingenio ita fluxerunt, ut, cum aptare vellet linguam operi suo opimo casibus, atroci proeliis, ipsa etiam pace saevo, nova quaedam conformaret aliaque, quae paulo insolentius dicta exstabant apud ceteros auctores, summa cum arte consilioque verteret suo more. Itaque priorum maxime saeculorum viri, qui ad antiquitatis studia se contulerunt, cum haud nescirent, quam multiplex fuerit Tacitus in componendis sententiis, multo amplius quam par fuit progressi sunt in contemplanda scriptoris dictione adeo, ut omnia, quae a iustis verisque grammaticae regulis aliquomodo recedere videbantur, in stilum eius cumulari eaque quae in solis annalium libris leguntur, etiam historiis vel scriptis minoribus inferri posse arbitrarentur. Quae ratio quam perverse esset adhibita in explicatione et textu praecipue quem nominant restituendo, primus omnium Wölfflinus nuper accuratissime edocuit in Philologi tomis XXV—XXVII, cum ostenderet sagacissimo iudicio, paulatim excoluisse Tacitum loquendi genus in Dialogo Agricola Germania historiis annalibus, neque satis esse scire, quomodo Tacitus omnino, sed quomodo in initio et fine literarum spatii scripserit. Quod cognosci non posse, nisi singulae res deinceps strenue perquirerentur, praedixit vir doctissimus eis potissimum verbis, quae, quippe cum excusationem quandam contineant, quod tam aridam ut videtur materiem proponere audeo, repetere hic permittatur. Loquitur enim in Phil. tom. XXV, p. 94 et 127 haec: ‚In neuerer zeit

ist man zu der einsicht gekommen, dass man zu der kenntniss des allgemeinen nothwendig durch das einzelne aufsteigen müsse, dass es also verdienstlicher sei, einzelne theile mit der vollständigkeit soweit sie jedesmal nothwendig erscheint zu bearbeiten, um die festen und in der form annähernd endgültig zugehaunen bausteine zu gewinnen, die ein späterer zu einem grossen bau vereinigen und an denen noch zahlreiche bildhauer die feineren verzierungen ausmeisseln und das fehlerhafte oder im laufe der zeit schadhaft gewordene ausbessern mögen'. ‚Gegenwärtig steht man eher noch auf dem standpunct, dass man annimmt, bei Tacitus sei kein ding unmöglich. Will man aber zur sicheren erkenntniss der Wahrheit gelangen, so muss man sich der sorgfältigsten detailuntersuchung nicht schämen'. Etsi igitur vulgata hac dissertatione nonnulli viri docti, quorum e numero propter materiae similitudinem satis erit commemorasse A. Greefium [1]), H. C. Mauéium [2]), A. Gerberum [3]), alacri cum diligentia de singulis quibusdam rebus subtiliore inquisitione dignis egerunt, tamen multa nobis restant perscrutanda, donec eo procedere liceat, ut plenum idoneumque lexicon Taciteum componamus. Quod quantam allaturum sit utilitatem, ut et exegeticen criticamque artem in Taciti scriptis recte exerceamus et argenteae quae vocatur latinitatis dicendi consuetudinem perspiciamus, vix opus erit fusius explanare. Nam lexicon a Boetticheró triginta sex ante annis in lucem emissum, quo, nisi ex ipso fonte altius haurire libet, nunc quidem carere non poterimus, minime iam sufficere novumque pro eo comparetur necesse esse inter omnes constat. Quod ad perficiendum ut parvulam afferam partem, hanc quam propono disputationem de eo usu instituere animum induxi, quem secutus est Tacitus n adhibenda praepositione ‚per'.

---

1) ‚De praepositionum usu apud Tacitum'. diss. inaug. Gotting. 1869.

2) ‚De praepositionis ‚ad' usu Taciteo'. diss. inaug. Gotting. 1870.

3) ‚Nonnulla de usu praepp. apud T.' progr. gymn. Glückstadt. 1871.

Ut breviter attingam, qua ratione materiem haud exiguam disposuerim, eam optime ita discerni existimavi, ut primum de locali, deinde de temporali, postremo de translata praepositionis notione, quam denuo et in instrumentalem et modalem et causalem divisi, adductis omnibus locis agam. Exempla vero singularum partium aut pro munere per literarum ordinem plerumque congeram, aut, ubi melius videbitur, eadem verba vel similia cum similibus componendo, aut denique per singulos libros, quo ordine deinceps a Tacito sunt conscripti.

De significatione, quae inest praepositioni, in universum pauca modo hic moneantur, quia singula in singulis perlustrandis accuratius erunt exponenda. Qua de origine derivanda sit vocula, hic quidem eo minus quaeramus oportebit, quod de unius scriptoris usu agere nobis est propositum: verum ne prorsus silentio obtegamus hanc quaestionem, quasi praeteriens nonnulla memorasse satis habeam. Pottius enim in libro suo sic inscripto: ‚Etymologische Forschungen' $I^2$ p. 467 rectissime contendere mihi videtur, praepositionem, utpote quae pro casu quodam vocabuli postea amputato primitus haberi debeat, respondere indico neutrius generis accusativo para-m i. e. aliud, quacum re ea vox, quae in tabula Bantina reperitur: perum (= per), egregie congruit; neque Curtius[1]) aliam profitetur sententiam, cum verba, quae sunt eiusdem originis indicum param (ultra), graecum παρά, oscicum perum, arcte inter se coniungat. Priorum quidem temporum etymologi voculam ex eadem radice ac graecum περί deducere conati sunt, verum Pottius opinionem eorum, quamquam utraque vox pariter inservit gradationi (e. g. περίγλυκυς perdulcis), ideo iam refutat, quod significationes toto genere sint diversae. At utcunque se res habet, id certe dubitari nequit, quin sicut omnes fere praepositiones haec quoque principio in se continuerit localem notionem, quae, ut ex compositione cum accusativo casu distincte perspicitur, motum aliquem exprimit: et talis quidem

1) Grundzüge der griech. Etymologie. 4. aufl. p. 269.

a primo ortu denotatur motus, quem aliquis, qui in uno, ut ita dicam, puncto regionem ingreditur, directa linea ad contrarium eiusdem regionis punctum perficit, ita ut talis motio circuli diametro accurate respondeat. Non solam mansisse hanc vocabuli vim, sed multiplici modo esse variatam per se patet: omnino vero etiam in hac voce id tenendum videtur, omnes illas notiones, quae ascribuntur praepositioni, non in ea ipsa latere, sed potius in coniunctione eius cum aliis verbis atque comitatu (Pott l. l. p. 104). At satis de hoc.

Priusquam ad ipsam exemplorum contemplationem accedamus, nonnulla in prooemio commemoratu haud indigna praemittere ac primum **de vocabulis vocula ‚per' fictis** pauca dicere placet. Omnia verba huc spectantia, quae aut propria Tacito aut poetis vel argenteae aetatis scriptoribus sunt deprompta, hic afferre ideo supersedeam, quia et a Boettichero in lexici p. 349—357 et prolegg. p. 44. 46. 47. 49. 51. 52. et a Draegero in libri sui sic inscripti: ‚Ueber Syntax und Stil des Tacitus' p. 96 ea sunt producta: at pauca potius neque allatis omnibus locis eligam, quae isti viri vel prorsus omiserunt vel indiligenter laudaverunt, et priore quidem loco dicendum mihi erit

a) de eis **verbis**, quae cum praepositione composita non apud classicos auctores pedestres, sed apud solos poetas et posteriores reperiuntur: **perdomare** (Ov. Sil. Lucan. Liv. Suet.) A. 10, 3; h. I, 2, 5 [1]); III, 77, 18; V, 1, 1; a. III, 47, 13; IV, 5, 6. **pererrare** (Verg. Hor. Ov. Val. Fl. Sen.) G. 46, 8; a. XII, 13, 14; XIII, 25, 3. **perluere** (Ov. Plin. Petron. Apul; apud Caes. et Hor. solum perlui exstat) h. IV, 53, 10. **permunire** (Liv. Iust.) h. III, 9, 4; a. II, 7, 12; IV, 24, 8. **per-**

1) Tertius sive in scriptis minoribus secundus numerus ad eam cuiusque capitis lineam referri debet, ubi praepositio in Halmii editione Teubneriana, quam in omnium manibus versari arbitror, locum tenet: id quod praecedente Greefio faciendum mihi esse putavi, non modo ut facilius evolvatur locus, sed praecipue ut, cum saepius in eodem capite bis terve vocula nobis occurrat, omnis ambiguitas statim evitetur.

**notescere**, ubi Boetticherus a. XII, 67, 1 neglexit. **perodisse**, cuius participium ‚perosus' (Verg. Ov. Lucan. Val. Fl. Liv. Iust. Val. Max. Suet.) reperitur: h. II, 16, 13; a. IV, 67, 3; XIV, 26, 11; XVI, 14, 24. **perpetrare** (Plaut. Liv. Iust. Suet.) h. IV, 51, 10; 65, 19; a. IV, 54, 12; XII, 3, 6; 5, 7; 58, 6; XIII, 27, 17; XIV, 7, 15; 11, 6; 38, 2; XV, 14, 14; 72, 1. **pertaedet**, cuius participium ‚pertaesus' (Suet.) exstat: a. III, 26, 8; XV, 51, 5. **pertrahere** (Liv. Phaedr. Plin. Val. Max.) D. 17, 22; A. 42, 8. **pervastare** (Liv.) a. XV, 45, 1. Deinde sub litera

b) ea **adiectiva** enumerabo, quorum vis addita vocula ‚per' ita augetur, ut e. g. perdulcis significet: durch und durch süsz (*περίγλυκυς* contra: um und um süsz. Pott l. l. 468): quae vocabula, etsi ab illis viris doctis iam sunt allata, denuo hic repeti ne quis miretur, quandoquidem et Boetticherus l. l. nonnulla praetermisit et Draegerus l. l. p. 33 §. 89 (Wölfflin[1]), Phil. XXV, p. 131 inf.) locos, ubi inveniuntur, exscribere supervacaneum censuit: **peramoenus** (*ἅπ. εἰρ.*) a. IV, 67, 11. **percarus** a. II, 74, 5; VI, 15, 5; XIII, 19, 6. **peridoneus** a. IV, 12, 17. **permodestus** a. I, 7, 13. **perseverus** (*ἅπ. εἰρ.*) a. XV, 48, 14. **persimplex** (*ἅπ. εἰρ.*, quod Draegerus l. l. p. 96, 2 memorare omisit) a. XV, 45, 16. **pervigil** a. I, 65, 5. Praeterea Tacitus apposita voce **perquam** ter adiectivorum vim incitat: D. 16, 27 p. brevis. a. XII, 49, 3; XVI, 20, 3 p. familiaris, quamvis nomina ‚perbrevis, perfamiliaris' non sint aliena a latinitate.

Data occasione paucis attingere liceat a. XII, 26, 6, ubi in Halmii editione leguntur haec: *desolatus paulatim etiam servilibus ministeriis* **perintempestiva** *novercae officia in ludibrium vertebat, intellegens falsi*: cum contra Orellius, Haasius, Nipperdeius haud iniuria cod. Med. lectionem verba seiuncta praebentis ‚per intempestiva' retinuisse videantur: nam quid difficultatis contineat codicis scriptura, equidem non assequor. Si enim praepositioni causalem notionem (cf. infra sub III, C) tribuimus

---

1) **permulti** vox non saepe, quod Wölfflinus et post eum Draegerus putarunt, immo etiam nunquam obvia est.

atque eum verbi ‚vertendi' usum, quo (Boetticher s. h. v. p. 486; Gerber l. l. p. 17) absolute idem denotat ac ‚se vertere' respicimns, haud inepte locus sic reddi posse videtur: ‚allmählich sogar der Aufwartung der Diener beraubt, wandte er sich wegen der ganz unzeitigen Vorsorge der Stiefmutter zum Spott i. e. er spottete über'. Atque sic quidem facillima sunt explicatu verba ‚intellegens falsi', quippe quae, si Orellii, Rupertii, Doederleinii explanationi quae est: er wurde zum Gespött assentiremur, iusta prorsus sententia carerent. Neque ad medelas illas confugiamus necesse est, quibus viri docti locum longe melius interpretari posse sibi visi sunt. Nimirum Kiesslingius sequente $Rittero_1$ [1]) duo illa codicis vocabula in unum ‚perintempestiva' contraxit atque Sirkerus Rothiusque, quorum sententiam $Ritterus_2$ [2]) postea praetulit, pro vocula ‚per' vocem ‚puer' scribere proposuerunt. Satis ingeniosas esse virorum opiniones vix negaverim, sed num sint necessariae valde dubitem, praesertim cum vocabulum ‚perintempestiva' fingere cogamur.

Propria **anastrophes** forma, ex qua praepositio postponitur substantivo, sicut universe perraro adhibetur in vocula per (cf. Handii Tursell. vol. IV, p. 448, 21), ita apud Tacitum, qui quidem in aliis praepositionibus eam valde adamat (Wölfflin, Phil. XXV, p. 116; Draeger l. l. §. 225; Nipperdey ad a. II, 60; III, 72) nusquam in usum vocatur. Ea tamen ratio, ex qua praepositio inter adiectivum seu pronomen seu numerale ponitur et substantivum, ita se offert, ut in scriptis minoribus nullum exemplum (Wölfflin, Phil. XXVII, p. 129), in hist. quatuor et in ann. triginta sex loci reperiantur, ubi interpositionem, quadraginta quinque et octoginta sex, ubi vulgarem collocationem praetulit auctor. Exempla autem sunt haec: h. I, 62, 16, ubi Wölfflinus loco modo citato verborum positionem:

---

1) $Ritterus_1$: Corn. Taciti opera ed. Fr. Ritter. 4 vol. Cantabrigiae 1848.

2) $Ritterus_2$: P. Corn. Taciti opera rec. Fr. Ritter. 1 vol. Lipsiae 1864.

*longumque per spatium* eo purgari existimat, quod coniunctio ‚perque' evitari soleat: at errare virum doctissimum, annalium locus IV, 40, 22 (*perque invidiam*) satis demonstrat; II, 87, 11; III, 8, 5; V, 4, 18; a. I, 3, 16; II, 2, 10; 45, 8; 62, 1; 86, 2; III, 33, 5; 60, 4; 72, 2; IV, 18, 3; 37, 14; 55, 3; 55, 11; 58, 9; in l. V. nullum exemplum reperi; VI, 17, 6; 19, 2; 22, 12; 28, 13; 47, 15; 54, 14; XI, 20, 14; XII, 12, 13; 29, 13; 30, 1; 36, 6; 40, 23; 60, 7; XIII, 7, 2; XIV, 21, 10; 54, 12; XV, 1, 13; 6, 9; 25, 8; 36, 7; 62, 8; XVI, 3, 2; 26, 17.

**Anaphorae** figuram Tacitus, etsi non tam saepe, ut fortasse exspectare licet, multo amplius quam historici prioris temporis adhibere solet (Draeger l. l. §. 240). Atque in hoc quidem vocabulo, dum aliarum exceptis ‚in' et ‚sine' praepositionum rationem habeamus, satis crebra est, cum in historiis ter, in annalibus undecies legatur: eis tantummodo locis, ubi grave aliquid grandeque narratur, hanc formam usurpari, per se intellegitur: h. I, 54, 3; II, 5, 16; III, 68, 4; a. II, 13, 5; 72, 1; III, 16, 23; IV, 62, 17; XI, 17, 12; XII, 39, 5; XIV, 20, 23; 31, 4; XV, 44, 14; 58, 3; XVI, 22, 20. —

Propter variandi cupiditatem ante omnia Tacito propriam mirum certe videri nequit, quod cum ceteras praepositiones tum hanc cum aliis, quae eadem sunt significatione, commutat: in minoribus scriptis, in quibus omnino (Wölfflin, Phil. XXV, p. 121) enuntiatorum membra perinde atque in historiis magis inter se aequa sunt quam in annalium libris, talis permutatio in hac voce non occurrit: sed errat Draegerus l. l. §. 104, qui in omnibus praepositionibus hoc observasse sibi videtur, cum Greefius l. l. p. 10 sq. tria afferat exempla ex Dialogo et Germania petita. Per sane in hist. modo et ann. aliis verbis per vices subit his locis: h. I, 68, 11 **p.** silvas atque **in** ipsis latebris (cf. infra I, B, c); 88, 18 **in** pace anxii — **p.** incerta tutissimi; III, 31, 7 vagi **p.** vias, **in** domibus abditi (cf. h. II, 92, 18 abditi per); IV, 37, 7 **in** castris et **p.** proximas provincias; a. I, 47, 3 validior **p.** Germaniam exercitus, proprior **apud** Pannoniam; 50, 14 **p.** cubilia **propter**que mensas; IV, 2, 13 **p.**

theatra et fora — **interque** principia legionum; 55, 20 illis p. Asiam, his **in** Italia; VI, 1, 5 p. dedecora fovere, **cum** scelere insectantur; 13,5 egens **ob** luxum, p. flagitia infamis; XI,15,10 **inter** ambigua — p. prospera; 32,6 **in** publico aut p. latebras; XII, 60, 7 alias p. provincias et **in** urbe: quibus locis annectatur: a. XIII, 51, 3 **Romae** praetor, p. provincias, qui pro praetore. —

Ex eadem varietatis affectatione explicandum esse iudico, quod Tacitus Sallustio Livioque auctoribus (Draeger l. l. p. 37. §. 105) et vocem per et ablativum casum frequentissime inter se conectere solet ita, ut, quomodo creverit hoc studium, deinceps persequi possimus a Dialogo usque ad annales. Originem si spectamus huius commutationis, vix nimii erimus in statuendo, primitus ablativum solum instrumentalis notionis cum praepositione permutatum ac postea demum vel localem, temporalem, modalem causalemque ablativum tali ratione esse usurpatum. Id discrimen, quod Schadebergius[1]) et Reissigius[2]) inter ablativum instrumentalem et vocem ‚per' facere conati sunt, illum perfectionem, hanc tenorem ac continuitatem alicuius actionis notare, in Taciti quidem scriptis, ut Draegerus iam l. l. recte monuit, obtineri nequit: sed potius contra nonnullos Taciti editores tenendum erit, ablativum casum et voculam per, ubicunque fere componuntur, eadem significatione esse posita, neque recte, si alicubi duo diversae notionis accusativi coniuncti exstant in codicibus, alter in ablativum aut, si alicubi accusativus et ablativus apparent, hic in accusativum commutatus est a viris doctis. Insignis igitur differentia inter utramque enuntiationem constitui vix poterit ne ea quidem, quam Ritterus,, ad a. I, 2 verba ‚per acies et proscriptione' sic facit: ‚acri iudicio secundi nominis casus mutatus est: eo enim efficitur, ut praepositio priori nomini praeposita maiorem vim accipiat orationisque vigor augeatur', quamquam consentaneum est, voci

---

1) Archiv f. Philol. u. Paedag. I. suppl. 3. fasc. 1832. p. 444.
2) Vorlesungen über latein. Sprachwissenschaft p. 705.

‚per' altiorem quandam gravitatem inesse quam nudo ablativo. Ex exemplis ea tantum eligere satis habeo, quae maioris esse videntur ponderis atque digessi eo ordine, quem in tractanda materie infra inibo: A) sensu **locali**: h. IV, 23, 10 adpositis — scalis — p. testudinem (cf. inf. hunc locum); a. I, 60, 5 p. Bructeros — finibus; VI, 18, 14 Samo, Ilio, Erythris, p. Africam etiam ac Siciliam et Italicas colonias; XI, 18, 9 alveo Rheni — p. aestuaria et fossas; XIII, 53, 8 p. mare — Rhodano; 54, 3 saltibus aut paludibus — p. lacus; XV, 42, 9 squalenti litore aut p. montes adversos. — B) s. **temporali**: D. 9, 15 toto anno, p. omnes dies, magna noctium parte; a. XV, 6, 5 deserta p. otium, quae bello defenderant. — C) s. **instrumentali**: A. 9, 16 ostentanda virtute aut p. artem; 46, 14 p. alienam materiem et artem — tuis ipse moribus; G. 40, 2 p. obsequium — proeliis et periclitando; h. I, 17, 8 largitione et ambitu — p. bonas artes; 25, 9 p. beneficia — ira et desperatione; 46, 13 p. latrocinia et raptus aut servilibus ministeriis; 60, 1 p. avaritiam ac sorde; II, 5, 16 industria licentia, p. virtutes p. voluptates; IV, 84, 26 insignibus — aut p. ambages; a. I, 2, 8 p. acies aut proscriptione; 7, 23 p. uxorium ambitum et senili adoptione; II, 23, 13 saxis abruptis vel p. occulta vada; 38, 14 ambitione — p. scelera; III, 30, 11 p. cultum et munditias copiaque et afluentia; 65, 1 p. honestum aut notabili dedecore; IV, 5, 8 p. duas legiones parique numero; 50, 13 clamore turbido, modo p. vastum silentium; 74, 12 p. ambitum et societate consiliorum; VI, 38, 8 dissimulatione ac donis, simul p. negotia; XII, 52, 8 morte fortuita an p. venenum; XIV, 1, 5 crebris criminationibus, aliquomodo p. facetias; XV, 1, 18 p. silentium aut modice querendo; 9, 8 p. socias cohortes — legionum castris; XVI, 19, 5 p. seria aut quibus . . . — D) s. **modali**: A. 6, 4 mira concordia, p. mutuam caritatem et invicem se anteponendo; G. 15, 2 venatibus — p. otium; V, 15, 15 cantu aut clamore — p. iram et minas; a. II, 45, 8 vagis incursibus aut disiectas p. catervas; II, 70, 1 minus ira quam p. metum; XII, 41, 13 fictis causis — p. speciem honoris; XV, 29, 9 p. turmas et insignibus

patriis; XVI, 18, 2 p. somnum — officiis et oblectamentis. — E) s. **causali**: A. 41, 7 temeritate aut p. ignaviam; h. II, 77, 14 p. fastidium et contumacia; 87, 9 metu — p. adulationem; a. I, 11, 20 metu an p. invidiam; 56, 18 astu — p. formidinem; III, 4, 2 p. silentium — ploratibus; V, 1, 3 p. Claudiam familiam et adoptione; VI, 51, 8 contemptu ambitionis an p. senectutem; XI, 29, 6 metu — p. ignaviam; XIV, 24, 2 nullis ex proelio damnis — p. inopiam et labores.

Haec habui, quae praemittenda viderentur, antequam ad ipsam materiem tractandam accederem.

---

# I. ‚Per' sensu locali positum.

## A. De originali praepositionis vi agitur.

Ut supra iam vidimus, primitus in se continet praepositio ‚per' talis motus significationem, qui coeptus in uno regionis puncto directa linea ad contrarium eiusdem regionis punctum perficitur, ita tamen, ut non semper omni ratione accurate obtineatur haec potestas: quo fit, ut necessario eis verbis, quae motum aliquem exprimunt, addatur atque coniungatur cum locorum vocibus, e quibus primum afferre placet sub litera

a) **terrarum populorumque nomina.** Huiuscemodi quidem exempla, quae tantum in annalibus occurrunt, forsitan etiam sub signis A, c iustum teneant locum, quoniam cogitatio, penetrandos esse populos terras implentes, certe fuit principalis: at profecto satis notum est, et alios auctores et Tacitum populorum nomina pariter tractasse ac terrarum. Quamvis causa fortasse probabilis ea haberi possit et debeat aliquoties, quod propria terrarum nomina omnino desunt, tamen mirum in modum Tacitus vel ibi, ubi terrae vocabulum neutiquam alienum est a lingua (e. g. Media), semper populorum tantummodo nomen

usurpare assuevit (Wölfflin, Phil. XXV, p. 116 inf.). Loci huc spectantes sunt hi: h. II, 20, 2 *Caecina — modesto agmine p. Italiam incessit;* 90, 4 *Italia, p. quam incesserat;* a. III, 31, 19 *plurima p. Italiam itinera — interrupta:* ubi exspectare possis verbum aliquod esse addendum e. c. ‚itinera quae p. Italiam ferunt sive ferentia', id quod hoc loco eo magis omitti potuit, quia in voce ‚itinera' movendi notio luculente inest. Quam libenter autem usus sit Tacitus tali constructione, minime aliena a bona aetate, egregie exposuit Rothius[1]), vir optime de hoc scriptore meritus, in excursu XXV, 1 et 3 Agricolae vitae adiecto (cf. h. IV, 24, 4 maximis p. ripam itineribus). h. III, 78, 20 *ne Petilius quidem — ut transversis itineribus p. agrum Sabinum Salaria via urbem introiret, satis maturaverat:* ne verba ‚p. agrum Sabinum' ad vocem ‚introiret', sed potius ‚transversis itineribus' referamus, et vocabulis ‚Salaria via' et antecedente loco satis cohibemur (cf. ea quae ad a. III, 9, 2 sunt dicta). IV, 70, 9 *legio Vindonissa, Sextilius Felix — p. Raetiam inrupere;* a. III, 9, 2 *Piso Dalmatico mari transmisso — p. Picenum ac mox Flaminiam viam adsequitur legionem:* quod deest hic eundi aliquod vocabulum, propter dicendi consuetudinem Taciteam nemo moleste feret. Nam praeterquam quod Tacitus saepissime omittit vocem ‚esse', etiam verba eundi, movendi al. ponere haud raro neglegit, id quod, ut Draegerus l. l. p. 14 et in libro sic inscripto: ‚Historische Syntax der latein. Sprache' p. 171 sq. docet, saepe in Ciceronis epistolis, rarissime apud Sallustium, Livium, nunquam apud Caesarem Velleiumque reperitur. Quam omissionem, quoties in praepositione per tractanda in eam incidemus, non semper diserte memorabimus: saepius autem magis nostro ingenio quam latino tale supplementum necessarium videatur. I, 60, 5 *Caecinam - p. Bructeros ad flumen Amisiam mittit, equitem Pedo praefectus finibus Frisiorum ducit:* ablativus prorsus pari loco positus est ac

1) C. Cornelii Taciti de vita et moribus Cn. Iulii Agricolae libellus. Mit Erläuterungen u. Exkursen von C. L. Roth. Nürnberg 1833.

verba ‚p. Bructeros'; bonae quidem latinitatis scriptores hoc casu, qui motum aut per aut trans locum perfici significat, non nisi in vocabulis ‚terra, mari, freto, vado al.' uti assuerunt: Tacitus autem eiusdem usum ita auxit, ut non modo in his vocibus, si nude seu cum genetivo aut adiectivo coniunctae reperiuntur, sed etiam in aliis verbis late eum adhibeat e. g.: a. I, 8, 12 ut porta triumphali duceretur funus; XI, 18, 9 Corbulo — triremes alveo Rheni — adegit; XIII, 54, 3 saltibus aut paludibus; 53, 8 al. (Nipperdey ad a. I, 60; Draeger, Hist. Synt. p. 483 sq.): Ritterus quamquam haud nescius est huius loquendi usus, tamen mirifice in novissima editione coniecit: **in** finibus. XIV, 26, 1 *Tiridaten p. Medos extrema Armeniae intrantem.*

b) Multo amplius **cum aliis lccorum nominibus**, quam quae modo sumus contemplati, coniungi praepositionem exempla docebunt, quae quidem in historiis et annalibus sine ullo discrimine, ex minoribus autem libris tantum in Germania nobis se offerunt. In quem ordinem, ne materiem in nimis multas partes discerperem, etiam tales locos congerere non dubitavi, in quibus praepositionis vis non tam nostro ‚durch' sive ‚hindurch' quam ‚über al.' respondet: scilicet, ut supra iam memoravi, talis notio non in ipsa praepositione latet, sed potius in eius compositione, quae postulat, ut e. g. vertamus ‚p. viam Flaminiam' **auf** der flaminischen Strasze, ‚p. pratum' **durch** die Wiese, ‚p. ripam' **längs** des Ufers, ‚p. montem' **über** den Berg, quamquam praepositionis significatio Romano homini semper eadem manet. Quin etiam eadem verba, prout est conexus, vario modo nostra lingua reddere cogimur, quandoquidem longitudo ac latitudo omnino incertae sunt notiones: quam ob rem e. g. vocabula ‚p. montem' vertemus **über** den Berg, si latitudinis, **auf** dem B. **her**, si longitudinis, **durch** den B., si crassitudinis rationem habemus: postremi autem modi exempla sub aliud signum collaturus ea nunc inducam, in quibns de nudo loco, non rebus eum implentibus agitur:

h. I, 66, 14 *lento deinde agmine p.* **fines** *Allobrogum ac*

*Vocontiorum ductus exercitus;* IV, 37, 15 *loricam vallumque p. fines suos Treveri struxere;* G. 19, 6 *nudatam coram propinquis expellit domo maritus ac p. omnem vicum verbere agit;* h. IV, 22, 10 *adsultante p. campos equite;* a. IV, 45, 7 *prenso ductoque p. proximos pagos equo;* G. 39, 9 *si forte prolapsus est — insurgere haud licitum: p. humum evolvuntur.* (sie wälzen sich auf dem Boden her hinaus); h. III, 34, 5 *si qua alia vis p. Alpes rueret;* 71, 3 *erigunt aciem p. adversum* **collem** *usque ad primas Capitolinae arcis fores;* a. XIII, 39, 4 *neque commeatibus vim facere potuit, quia p. montes ducebantur praesidiis — insessos;* I, 51, 8 *saltusque p. quos exercitui regressus insedere;* 51, 13 *hostes, donec agmen p. saltus porrigeretur, immoti:* contra Nipperdeium verba ita vertentem: ‚bis sich der Zug seiner ganzen Länge nach in den Bergwäldern befand' vocem ‚donec' potius nostro so lange als, qua potestate plerumque regit apud Tacitum coniunctivum modum, respondere putaverim atque reddam locum sic: ‚so lange als sich der Zug durch die Wälder hin erstreckte, ausdehnte'. h. III, 68, 4 *illa facies, Romanum principem — p. populum, p.* **urbem** *exire de imperio;* IV, 2, 13 *longus deditorum ordo – p. urbem incessit;* a. II, 2, 12 *quotiens p. urbes incederet, lecticae gestamine;* XIV, 53, 21 *talis hortos exstruit et p. haec suburbana incedit;* I, 15, 10 *decreta pecunia utque p. circum triumphali veste uterentur*: editores quidem et Handius quoque l. l. p. 430, 1 vocabula ‚p. circum' sic explicanda esse censent, ut verbum ‚eundi' vel ‚vehendi' (cf. quae statim subsequuntur: ‚curru vehi haud permissum') mente addi debeat, trahentes huc comparationis causa Cic. ad Att. XIV, 16 ‚mihi quidem videtur Brutus noster iam vel coronam auream p. forum ferre posse': sed quaeritur, utrum talis omissio hic accipi possit, an potius praepositio ex poetarum usu a Tacito recepto (cf. I, B, c) idem valeat ac vocula ‚in' c. abl. iuncta. I, 60, 7 *inpositas navibus quattuor legiones p.* **lacus** *vexit:* alibi Tacitus ablativum casum hoc modo in fluminum mariumque nominibus adhibere consuevit, praeter quem in ann. etiam hanc praepositionem non

respuit; XIII, 54, 3 *Frisii iuventutem saltibus aut paludibus, inbellem aetatem p. lacus admovere ripae;* II, 5, 15 *equitem equosque p. ora et alveos fluminum media in Germania fore* (cf. a. III, 19, 2); 23, 3 *plures Caesar classi inpositas p. flumen Amisiam Oceano invexit;* XI, 18, 9 *triremes alveo Rheni, ceteras navium — p. aestuaria et fossas adegit;* XIII, 53, 8 *Vetus Mosellam atque Ararim — conectere parabat, ut copiae p. mare, dein Rhodano et Arare p. eam fossam, mox fluvio Mosella in Rhenum, exim Oceanum decurrerent;* XV, 9, 5 *naves — agit p. amnem*: quae Nipperdeius sic vertit: ‚er rückt sie von dem einen Ufer aus über den Fluss vor'; at elucet ex locis modo allatis necessario reddendum esse: ‚er läszt sie auf dem Fl. hin fahren', cui versioni optime congruit narratio.

Quod supra iam dictum est de fluminum mariumque nominibus, etiam in **viarum** vocabula aliquomodo cadit. Etenim nunc praepositionem per, quod in minoribus scriptis non fit nisi translate, in eis adhibitam videmus, nunc ablativum casum, cui, fortasse ne ambiguitas existat, in nominibus propriis semper addi solet vox ‚viae' e. g. h. III, 78 Salaria via; 82 Flaminia via, IV, 9; 11 Appia via: discrimen, quod interest inter utramque structuram, facile sic statui potest, ut usitata vocula ‚per' via tamquam linea, ablativo autem ut simplex locus cogitetur: h. III, 79, 1 *Antonius p. Flaminiam ad Saxa rubra multo iam noctis serum auxilium venit:* quod inserit Ritterus, in textum vocem ‚viam' (Flaminiam viam), sequente hist. exemplo supervacaneum redditur; 82, 10 *agmen p. Salariam Collinae portae propinquabat;* a. XIII, 47, 8 *regredienti p. viam Flaminiam*; h. III, 82, 15 *ad Sallustianos hortos p. angusta et lubrica viarum flexerant*; V, 22, 11 *Romani — ruunt p. vias;* III, 40, 6 *nec deerant qui monerent, ut — p. occultos tramites — Hostiliam Cremonamve pergeret;* a. II, 55, 11 *navigatione celeri p. Cycladas et compendia maris adsequitur Germanicum;* VI, 34, 22 *sublato murrae pondere temptatoque p. longum iter*: Heinsii coniectura, quae est ‚itinere', superflua videtur; XV, 15, 4 *nostri p. diversum iere*: ad vocem ‚diversum',

cui Boetticherus l. l. p. 160 falso supponit sensum verbi ‚hostilis', ex eis, quae praecedunt: ‚specie sibi illud iter expedientis', vocabulum ‚iter', non ‚pons', quae est perversa Boetticheri opinio, mente addi poterit: sed nescio an melius habeatur vox pro adiectivo neutro substantivi vicem tenente, quando, quam late Tacitus usus sit huiusmodi adiectivis immo etiam cum praepositionibus coniunctis, satis est notum. Vocula per vero, ut id statim commemorem, locali sensu cum tali singulari in solis ann. (IV, 62 p. solidum et h. l.) copulatur, ubi omnino adiectiva neutra pluralis numeri multo crebrius cum hac praepositione consociantur quam in hist.; h. II, 85, 15 *Iulianus — p. avia Moesiae ultra montem Haemum profugit;* III, 69, 23 *misso p. neglecta ad Flavianos duces nuntio* (durch die vernachlässigte i. e. von den Feinden unbeobachtete Seite); a. I, 68, 3 *Arminio — egressosque rursum p. umida et inpedita circumvenirent suadente;* II, 13, 1 *egressus augurali p. occulta et vigilibus ignara — adit castrorum vias;* IV, 45, 6 *dimisso equo p. derupta et avia sequentis frustratus est;* VI, 27, 3 *is — p. avia ac derupta — praeibat eum.* — His locis non possum non adiungere tria haec exempla, in quibus praepositio eandem vim obtinet: h. IV, 11, 16 *fuso p. venas sanguine;* a. VI, 35, 2 *Pomponius Labeo — p. abruptas venas sanguinem effudit;* XIII, 30, 8 *cruciatus aegrae senectae emisso p. venas sanguine effugit:* Halmius hic aeque ac Ritterus, Heinsii coniecturam, quae est ‚emisso', pro tradita lectione ‚misso' in textum quem vocant recepit: sed equidem causam non video, cur ei, etsi scriptura facilis est explicatu, assentiri cogamur.

In fine huius particulae quatuor locos ponere liceat, in quibus propter conexum praepositio magis respondet nostro ‚längs, entlang' quam ‚hindurch': h. III, 21, 11 *dextro octava p. apertum limitem, mox tertia densis arbustis intersaepta;* 42, 2 *admoto exercitu et missis p. proxima litorum Liburnicis;* IV, 24, 4 *lectos e legionibus Dillio — tradit, ut quam maximis p. ripam itineribus celeraret* (cf. c. 26, 4 eiusdem libri);

a. II, 53, 3 *honorem Germanicus iniit apud urbem — Nicopolim, quo venerat p. Illyricam oram.*

c) Minimam solum aut fere nullam praepositionis amplificationem in sequentibus exemplis agnoscemus propterea quod vix differt, utrum ad simplicem locum an res eum implentes ideoque perrumpendas vocula apponatur (Hand l. l. p. 430, 2 et 431, 4): potestas praepositionis certe eadem ac supra manet, quamvis fortasse versio quae est: ‚zwischenhin' sive ‚drüberhin' nostro ingenio aliquoties magis apta videatur. Tacitus hanc significationem, etiamsi nonnulla alia exempla velut a. II, 55, 11 huc trahere velimus, raro tantum usurpare solet, cum in scriptis minoribus nullus, in hist. multo plures, dummodo utriusque operis circuitum respiciamus, loci reperiantur quam in ann. libris: h. I, 27, 10 *p. Tiberianam domum in Velabrum — pergit;* 47, 8 *Otho — p. stragem iacentium in Capitolium — vectus;* 75, 5 *utrisque frustra fuit, Vitellianis impune, p. tantam hominum multitudinem mutua ignorantia fallentibus;* II, 51, 4 *Verginius p. aversam domus partem furtim digressus:* ne codicum Budensis et Bodleiani lectionem, quae est ‚portam', in textum qui dicitur recipiamus, exemplis proximis h. III, 70, 24 et 84, 17 facile prohibemur; III, 41, 8 *nec vadere p. hostes tam parva manu poterat;* 70, 24 *monuit Martialem, ut p. secretam aedium partem occulte abiret;* 71, 14 *inprovisa utraque vis: proprior atque acrior p. asylum ingruebat;* 71, 15 *nec sisti poterant scandentes p. coniuncta aedificia;* 84, 17 *Vitellius — p. aversam partem — in domum uxoris sellula defertur;* IV, 23, 10 *invasere vallum adpositis plerique scalis, alii p. testudinem suorum:* exemplum quidem localiter interpretatus sum, sed quaeritur, rectene sit factum, quia localem ablativum crebrius in ann., in hist. autem hic tantummodo variari cum praepositione in prooemio iam vidimus, an potius instrumentalis vis (mit Hülfe von) valeat. a. I, 66, 8 *p. corpus legati eundum erat;* II, 23, 17 *alvei manantes p. latera et fluctu superurgente* (cf. Nipperdeium ad h. l.: ‚die Schiffe trieften durch die Seiten

hindurch, indem die Fugen der Wände nachgelassen hatten'); VI, 41, 14 *vulnus p. galeam adegit;* XIII, 7, 6 *Nero — iubet — pontes p. amnem iungi*: quae coniunctio an apud alium scriptorem inveniatur, dubitem; XV, 42, 9 *navigabilem fossam — depressuros promiserant, squalenti litore aut p. montes adversos;* XVI, 5, 9 *p. angustias aditus et ingruentem multitudinem enituntur.*

## B. De amplificata praepositionis vi agitur.

Cum in eis quae modo contemplati sumus exemplis praepositio originalem notionem, quamvis fortasse aliquoties difficilior fuerit intellectu, obtinuerit, in his qui nunc sequuntur locis ita aucta est eius potestas, ut motus non directa, sed quasi linea compluries hic illic rupta procedat itaque diversa eiusdem regionis puncta tangere cogatur: quare facile meo iudicio explicari posse videtur, quî praepositio pervagandi ac diffundendi vim creberrime, ut docebunt exempla, a Tacito adhibitam in se potuerit recipere. Qua vi coniungi praepositionem per se patet

a) **cum eis vocabulis, quae diffundi dividique rem in diversis regionis partibus denotant.** Ac primum quidem sub signis

α) 1) **verba**, unde pendet praepositio, afferre placet per literarum ordinem: a. III, 60, 4 **crebrescebat** *enim Graecas p. urbes licentia atque impunitas asyla statuendi*; G. 25, 1 *servis —* **discriptis** *p. familiam ministeriis utuntur.* — Verba quae sunt: **dispergere** et **spargere** sicut omnia huc cadentia in prioribus scriptis multo saepius reperiuntur quam in ann., cum in A. bis, in h. decies, in a. bis tantummodo in ea incidamus: ceterum Tacitus cum omnibus huius significationis vocabulis tum his quoque et simplicem ablativum adicit e. g. h. I, 26 et iunctum cum vocula ‚in' e. g. h. IV, 79: A. 16, 3 *sparsos p. castella milites;* 18, 9 *sparsi p. provinciam numeri;* h. I, 46, 10 *pars manipuli sparsa p. commeatus aut in ipsis*

*castris vaga;* 85, 6 *militibus — sparsis p. domus;* II, **56**, 2 *dispersi p. municipia et colonias Vitelliani;* 66, 2 *sparsae* (sc. legiones) *p. Italiam et victoribus permixtae;* 86, 26 *sparguntur p. Gallias literae;* III, 13, 2 *ceteris p. militiae munia dispersis;* 25, 8 *p. limitem viae sparguntur — victores;* 35, 5 *legiones — p. Illyricum dispersae;* 46, 17 *exercitu, quem spargi p. provincias — pars consilii pacisque erat;* V, 21, 11 *remiges p. alia militiae munia dispersi;* a. IV, 2, 2 *dispersas p. urbem cohortes;* XVI, 27, 3 *dispersique p. fora ac basilicas cunei militares.* — h. IV, 26, 4 **dispositae** *p. omnem ripam stationes* (an verschiedenen Punkten längs des Ufers hin); a. VI, 23, 13 *disposito p. mensas miliens sestertio;* XIII, 36, 2 *dispositisque p. idoneos locos cohortibus.* h. II, 53, 8 **divisis** *p. itinera qui — percontarentur.* D. 28, 8 *mala primum in urbe nata, mox p. Italiam* **fusa**, *iam in provincias manant.* h. III, 17, 15 *p. agros fuga* **palantur**; IV, 70, 23 *plebes — p. agros palatur.* h. I, 63, 10 **stratis** *p. vias feminis;* a. I, 50, 14 *stratis — p. cubilia propterque mensas;* XV, 38, 21 *sterni p. agros.*

2) Ex **adiectivis**, quibus saepius quam classicos auctores praedicative usum esse Tacitum adverbiorum loco satis constat, tantum ‚rarus' et ‚vagus', non autem, ut fortasse opinamur, ‚frequens' cum hac praepositione copulantur: h. I, 82, 11 **rarus** *p. vias populus;* a. IV, 6, 22 *rari p. Italiam — agri;* XIV, 56, 13 *Seneca — vitat comitantis, rarus p. urbem.* h. II, 96, 10 **vagis** *p. urbem militibus;* III, 31, 7 *vagi p. vias — pacem — orabant;* IV, 50, 25 *praeda — quam vagi p. inaccessa mapalium ulterioribus vendiderant;* a. I, 39, 11 *vagi p. vias obvios habuere legatos;* II, 55, 22 *vagum ac lascivientem p. agros militem sineret;* III, 7, 4 *vagus interim p. amoena Asiae;* XII, 13, 12 *equi — p. saltus vagi;* 30, 1 *Iazyges — proximos p. campos vagi necessitudinem pugnae attulere.*

*β*) Non aliam praepositioni vim ascribemus, si eis vocabulis, quae designant, **dicendo rem aliquam in regione diffundi**, aptam eam inveniemus ac primum quidem conexam

1) cum **verbis** quae sunt: h. IV, 54, 1 **audita** *interim p. Gallias Germaniasque mors Vitellii;* a. III, 12, 17 **differri**que *p. externos tamquam veneno interceptus esset;* IV, 25, 13 *differtur p. manipulos;* a. II, 40, 1 **vulgabatur** *interim p. Italiam, servatum munere deum Agrippam.*

2) **Adiectivorum** solum est exemplum in a. XIII, 55, 4, ubi legitur: *aderatque iis* **clarus** *p. illas gentes.*

3) **Substantivorum**, quibuscum copulatur praepositio, haec sunt memoranda: D. 10, 5 *quando —* **fama** *in totam urbem penetrat? nedum ut p. tot provincias innotescat:* quamquam libenter confiteor, nonnulla huius vocis sic adhibitae exempla suo iure sub 1 afferri potuisse, tamen, ut sub uno aspectu sint posita, simul ea congerere non haesito; h. II, 58, 12 *magnâ p. provincias Germanici exercitus famâ;* IV, 17, 2 *magna p. Germanias Galliasque fama — celebrabantur;* 34, 27 *credita p. utrumque exercitum fama;* a. XI, 1, 9 *didita p. provincias fama;* XII, 36, 5 *fama eius evecta insulas et proximas provincias pervulgata p. Italiam quoque celebrabatur;* 12, 6 *dignum maioribus suis et familia Cassia r a t u s p. illas quoque gentes celebrata:* exstat in cod. Med. lacuna octo literarum, quam recentior manus ita optime explere sibi visa est, ut scriberet: ‚ratus'. At rectissime tale supplementum Ritterus[1] quasi supervacaneum reiecisse mihi videtur, quia sentiendi verbum (Draeger l. l. p. 14, §. 34, d), praesertim si cogitatio personae in proximo enuntiato iam inductae statim adicitur indirecta oratione, saepe neglegi solet a Tacito. Id quod Ritterus[2] ad sarciendum hiatum proposuit: ‚et gloria', equidem non amplectar, quod haec vox semel modo aliterque composita nobis se offert: sed potius innixus locis h. IV, 17, 2 et a. XII, 36, 5 scribere praetulerim verba haec: ‚**cuius fama** p. illas quoque gentes celebrata'. Quod autem, si hoc accipimus, novem literae inseruntur in textum, ideo offensionis ansam mihi praebere non videtur, cum et in aliis codd. et in utroque Mediceo litera s anguinea lineola superducta exarari soleat (Heraeus, studia critica in Medic. Taciti codd. p. 135). h. IV, 12, 12 *aucta p. Britanniam* **gloria**.

D. 2, 4 *cum — eaque de re p. urbem frequens* **sermo** *haberetur, venerunt;* h. III, 54, 6 *prohibiti p. civitatem sermones.*

b) Refero huc omnia quae restant exempla, in quibus praepositio non ut supra cum certae significationis vocabulis congregatur, sed variae: quare optimum fore putavi locos per ordinem scriptorum Taciti ita afferre, ut, ubi eadem coniunctio bis occurrit, priori breviter alteram solis numeris ascribam. Ea modo divisio mihi placuit, ut sub signo β) pauca exempla, in quibus vox ‚esse' mente addi debet, seorsum producerem. Praepositionem autem eandem vim, quam supra exposuimus, retinere, vix opus erit commemorare.

α) A. 35, 9 *acies — constiterat ita, ut primum agmen in aequo, ceteri p. adclive iugum conexi velut insurgerent;* h. III, 16, 11 *datum p. agros signum;* 18, 5 *hostem tantum p. spatium cursu et pugnando fessum:* verba ‚tantum p. spatium' ad vocem ‚cursu' esse referenda per se patet, de quo conferas quaeso in universum Rothium l. l.: simul revoces tibi in mentem locutiones, quales invenies apud Ciceronem in Pis. 3 domum reditus, Phil. II, 42 reditus Romam, div. I, 32, 68 domum itio al.; 47, 1 *p. Pontum arma barbarum mancipium moverat;* 82, 6 *fulgentia p. colles vexilla;* IV, 1, 2 *armati p. urbem victores — victos consectabantur;* 24, 2 *missis p. Gallias qui auxilia concirent* (cf. 56, 7); 46, 10 *ceterique p. urbem et urbi vicina conquisiti producuntur;* 56, 7 *missique p. Gallias concitores belli;* 67, 13 *Remis, qui p. Gallias edixere;* 72, 24 *edictum p. manipulos;* V, 2, 7 *exundantem p. Aegyptum multitudinem;* a. I, 3, 16 *omnisque p. exercitus ostentatur;* 59, 5 *volitabatque p. Cheruscos* (cf. XV, 58, 3); II, 82, 18 *cursant p. urbem;* III, 4, 3 *conlucentes p. campum Martis faces;* IV, 27, 1 *mota p. Italiam servilis belli semina:* Pluygersii coniecturam ‚moti' scribentis pro voce ‚mota' haud inepte Ritterus₂ mihi propter h. III, 47, 1, a. XII, 52, 5 in textum quem vocant recepisse videtur; 62, 5 *neque fundamenta p. solidum* (auf festem Boden hin) *subdidit;* VI, 23, 5 *senatus praescripserat, duas quisque faenoris partes in agris p. Italiam conlocaret;* 45, 7

*undantem p. domos sanguinem*; XI, 24, 13 *specie deductarum p. orbem terrae legionum*; XII, 24, 7 *certis spatiis interiecti lapides p. ima montis Palatini* (cf. XIII, 40, 12); 52, 5 *Camillus arma p. Dalmatiam moverat*; XIII, 40, 12 *productiore cornu sinistro p. ima collium*; XIV, 64, 8 *venaeque eius p. omnes artus exsolvuntur*; XV, 36, 7 *cunctos p. artus tremens deseruit inceptum*; 44, 14 *superstitio — erumpebat non modo p. Iudaeam, — sed p. urbem etiam*; 58, 3 *volitabantque p. fora, p. domos rura quoque et proxima municipiorum pedites equitesque.*

β) h. I, 18, 13 *p. ceteros maestitia*; 62, 16 *longumque p. spatium is gaudentium militum clamor*; II, 42, 10 *p. locos — non una pugnae facies*; 60, 2 *praecipua in Vitellium alienatio p. Illyricos exercitus*; III, 25, 20 *p. omnem aciem miraculum et questus*; IV, 46, 16 *metus p. omnes*; a. XII, 39, 5 *crebra hinc proelia et saepius in modum latrocinii p. saltus, p. paludes*; XIV, 60, 14 *inde crebri questus nec occulti p. vulgum.*

c) Exempla modo enumerata, quae fortasse etiam sub hac parte haud male proferri poterant, maxime idonea mihi videntur, quae ad eum praepositionis usum, quo minus motus aliquis quam quies intra locum significatur, nos traducant. Hac quidem ratione vocula, praesertim si maiorum regionum nominibus adiungitur, proxime accedit ad potestatem praepositionis ‚in' c. abl. iunctae (Hand l. l. p. 430, 3): verum utrumque vocabulum plane inter se esse aequum contendere vix poterimus, quoniam ‚in' ex prima saltem origine magis in uno puncto, ‚per' autem toto loco actionem sive rem versari indicat. Quod discrimen etiam apud Tacitum aliquomodo animadvertere licet, cum in eis exemplis, ubi verba ‚per' et ‚in' arcte inter se conectit, sic inter utrumque discernat, ut illud maiori, hoc minori applicet regioni velut: h. I, 68, 11 *consectantibus Germanis Raetisque p. silvas atque in ipsis latebris trucidati*; IV, 37, 7 *imagines in castris et p. proximas Belgarum civitates repositae*; a. IV, 55, 20 *ducum e nominibus indita vocabula illis p. Asiam, his in Italia*; VI, 18, 14 *quae-*

*sitis Samo, Ilio, Erythris, p. Africam etiam ac Siciliam et Italicas colonias carminibus:* contra Nipperdei explicationem: ‚die Ablative bezeichnen die Bewegung vom Orte, nicht die Ruhe' ablativos illos potius idem denotare existimaverim, quod voculam ‚in' locis modo allatis (cf. a. XIII, 7, 2 iuventutem proximas p. provincias quaesitam); XI, 32, 6 *inditaque sunt vincla, ut quis reperiebatur in publico aut p. latebras*; XII, 60, 7 *alias p. provincias et in urbe pleraque concessa sunt.*

Quamquam igitur consideratis his locis minime statuere velim, praepositionem ‚per' prorsus tenere vices voculae ‚in', tamen facere non possum, quin in nonnullis eorum exemplis, quae statim subsequuntur, id contendam, Tacitum item ut alios argenteae aetatis auctores pedestres imitatum esse consuetudinem Augustei temporis poetarum, qui, ut constat, plane adaequaverunt praepositionem ‚per' vocabulo ‚in' (Hand l. l. p. 434, 9). Neque si hoc etiam in Taciti usum, quod quin accipiamus nihil certe impedit, cadere ponimus, ad morositatem illam atque artem confugere cogimur, quibus nonnulli loci a viris doctis sunt vexati. Exempla rursus in talem ordinem redegi, ut secundo loco cetera verba afferam, priore autem

*α*) **terrarum nomina**: h. V, 3, 1 *orta p.* **Aegyptum** *tabe;* a. IV, 13, 12 *p.* **Africam** *ac Siciliam mutando sordidas merces sustentabatur*; 14, 5 *conditis p.* **Asiam** *urbibus;* 56, 8 *validis p. A regibus;* XIV, 22, 15 *esse illi p. A. avitos agros;* XV, 45, 6 *p. A. atque Achaiam non dona tantum, sed simulacra — abripiebantur;* XII, 65, 2 *parum coercitis p.* **Calabriam** *servorum agminibus;* h. III, 58, 3 *fratrem — ingruenti p.* **Campaniam** *bello opposuit*; a. IV, 67, 1 *dedicatis p. C. templis;* XIII, 35, 9 *habiti p. Galatiam* **Cappadociam***que dilectus;* XV, 17, 10 *Paetus p. C. hibernavit;* III, 48, 5 *expugnatis p.* **Ciliciam** *Homonadensium castellis;* h. II, 57, 3 *festinatis p.* **Gallias** *dilectibus;* IV, 3, 13 *sumpta p. G. Hispaniasque civilia arma;* 25, 8 *exemplares omnium literarum, quibus p. G. Britanniamque et Hispanias auxilia orabat, exercitui recitavit;* 55, 10 *Iulio p. G. bellanti*; 71, 5 *dilectus p. Galliam habitos — re-*

*mittit;* 74, 1 *regna bellaque p. Gallias semper fuere;* a. I, 33, 1 *Germanico p. G. — census accipienti — adfertur;* XIV, 46, 4 *census p. G. — acti sunt;* XVI, 13, 13 *dilectus p. Galliam Narbonensem Africamque et Asiam habiti sunt;* A. 28, 1 *cohors — p.* **Germanias** *conscripta;* h. V, 14, 2 *reparato p. Germaniam exercitu;* a. I, 47, 3 *validior p. G. exercitus, propior apud Pannoniam;* h. III, 44, 2 *initio p.* **Hispaniam** *— orto;* V, 10, 9 *pace p.* **Italiam** *parta;* a. XV, 26, 6 *legionem —, quae p.* **Pontum** *agens expers cladis fuerat;* h. II, 98, 5 *deprehensi — p.* **Raetiam** *et Gallias militum et centurionum quidam;* III, 15, 7 *ingens Germanorum vis p. R. timebatur.*

*β*) Locos huc spectantes per scriptorum ordinem disposui eis propter maiorem numerum exceptis, in quibus praepositio cum vocibus ‚domus' et ‚provinciae' conectitur: G. 12, 10 *principes, qui iura p. pagos vicosque reddunt;* A. 43, 3 *vulgus quoque et — populus — p. fora et circulos locuti sunt;* h. I, 54, 3 *legati — p. principia p. contubernia modo suas iniurias — conquerentes;* II, 89, 5 *quattuor legionum aquilae p. frontem* (sc. erant); 92, 18 *abditis pecuniis p. occultos aut ambitiosos sinus* (cf. IV, 72, 15); III, 2, 4 *p. omnia Italiae municipia desides;* 76, 10 *pecuniis acerbe p. municipia conquerendis;* IV, 27, 2 *navem — cum p. vada haesisset, Germani in suam ripam trahebant*: hic profecto, quoniam coniunctio ‚haerere in' satis est nota, vocabulum ‚per' omnino praepositionem ‚in' adaequare, libenter statuemus, nisi forte ad Heraei nimis tortam explicationem confugere malumus quae est: ‚dum p. vada vehitur'; 72, 15 *abditi p. tentoria et lucem ipsam vitantes;* V, 13, 3 *visae p. caelum concurrere acies:* verba ‚p. caelum' non ad vocem ‚concurrere', sed ‚visae' pertinere ea, quae sequuntur: ‚rutilantia arma', satis demonstrant; a. I, 63, 5 *signum prorumpendi dedit iis quos p. saltus occultaverat;* III, 40, 9 *p. conciliabula et coetus seditiosa disserebant*: ad quem locum Ottonis[1]) verba p. 508 ann. 12 compares quaeso:

---

1) Des P. Corn. Tacitus sechs erste Bücher (Ann. Buch I—VI) durch

'Der Gebrauch der Praeposition per zur Bezeichnung des Ortes, wo eine Handlung stattfindet st. in mit Abl. ist dicht. (häufig bei Lucr.) u. sp. Lat.'; 73, 2 *reparatis p. intima Africae auxiliis* (cf. h. V, 14, 2); IV, 2, 13 *colique p. theatra et fora effigies eius interque principia legionum*; 27, 5 *ad libertatem vocabat agrestia p. longinquos saltus et ferocia servitia*; 47, 5 *ad hostem pergit compositum iam p. angustias saltuum*; 65, 7 *magnas eas copias p. plana etiam ac foro propinqua habitavisse*; XI, 14, 16 *aere publico p. fora ac templa fixo*; XIII, 35, 7 *militia p. oppida expleta*; 49, 11 *cetera p. omnes imperii partes perinde egregia*; XV, 38, 5 *initium in ea parte circi ortum — ubi p. tabernas — simul coeptus ignis — longitudinem circi corripuit*; XVI, 28, 14 *pacem illi p. orbem terrae — displicere*. — h. III, 86, 14 *dilapsi ex urbe aut p.* **domos** *clientium semet occultabant*; a. I, 73, 6 *cultores Augusti, qui p. omnes d. in modum collegiorum habebantur*; IV, 14, 12 *multa ab iis in publicum seditiose, foeda p. d. temptari*; XI, 31, 9 *simulacrum vindemiae p. domum celebrat*; XV, 33, 3 *p. d. aut hortos cecinerat*. — h. II, 87, 1 *dum haec p.* **provincias** — *geruntur* (cf. IV, 31, 1 haec in Germania — gesta); a. II, 62, 1 *dum ea aestas — plures p. pr. transigitur*; III, 33, 5 *quamquam ipse pluris p. pr. quadraginta stipendia explevisset*; IV, 37, 14 *omnes p. pr. effigie numinum sacrari ambitiosum*; XI, 20, 14 *plures p. pr. similia tolerabantur*; XIII, 7, 2 *iuventutem proximas p. pr. quaesitum*; 51, 3 *Romae praetor, p. pr. qui pro praetore — essent, iura — redderent* (cf. G. 12, 10); XVI, 5, 2 *p. longinquas pr. lascivia inexperti officio legationum — advenerant*; 22, 20 *diurna — p. pr., p. exercitus curatius leguntur*.

---

ausführlichen Sprach- und Sachcommentar erklärt — von Dr. F. W. Otto. Mainz 1854.

## C. De locali praepositionis vi tropice adhibita agitur.

Priusquam ad huius particulae finem properemus, restat, ut paucis verbis de eis exemplis, in quibus Tacitus locali praepositionis notione quasi imagine usus est, disseramus: quorum quod plurima obvia sunt in Dialogo propter singularem huius libelli naturam, quis est qui miretur?

D. 19, 22 *exquisitis eloquentiae itineribus opus est, p. quae orator fastidium aurium effugiat*; 28, 11 *de — vitiis loquar, quae natos statim excipiunt et p. singulos aetatis gradus cumulantur:* elocutio ‚p. gradus', in qua praepositio simpliciter actionis continuationem denotat, saepius invenitur apud Quintilianum, apud Tacitum hoc tantum loco. 29, 8 *parentes nec probitati neque modestiae parvulos adsuefaciunt, sed lasciviae et dicacitati, p. quae paulatim impudentia inrepit:* praepositionem hic causali quoque sensu accipi posse vix negaverim, sed, ut huc traham exemplum, ‚inrependi' vox me movet. — Haud raro constat multiplicique modo cum in aliis argenteae latinitatis scriptorum tum in Quintiliani maxime libris ‚eundi' vocem cum ‚cogitandi, loquendi' al. verbis congregari (Hand l. l. 433, 6), quem usum etiam Tacitus imitatus est hoc uno exemplo: D. 32, 8 *populus intellegit ac statim ita laude prosequitur, ut legitime studuisse, ut p. omnes eloquentiae numeros isse — fateatur:* sive locutio ‚p. numeros ire' de musica, quod Doederleinius contendit, sive de saltandi arte, quod Ritterus, desumpta in rhetoris scientiam translata est, id profecto non potest dubitari, quin hic ut alibi insit vocabulo notio ‚partis', quam facile ex ‚numeri' vi exoriri posse manifestum est. Nihil aliud igitur significatur quam quod Quintilianus in l. VII, 1, 64 exprimit verbis: ‚nunc eamus p. singulas causarum iudicialium partes'. 39, 8 *est aliquis oratorum campus, p. quem nisi liberi et soluti ferantur debilitatur ac frangitur eloquentia;* A. 42, 22 *sciant — modestiam, si industria ac vigor adsint, eo laudis escendere, quo plerique p. abrupta,*

*sed in nullum reipublicae usum ambitiosa morte inclaruerunt:* ubi Rothius l. l. p. 238 haec annotat: ‚Das Mittel, wodurch sie sich einen Namen gemacht haben, ist im Abl. angegeben. Was ist denn aber p. abrupta? In die Praeposition ist der Begriff des Lebensganges gelegt; per ist soviel als nitentes oder nisi per: wie dasselbe auch Ann. 3, 9; 16, 5 eine solche Bedeutung hat': omitti ‚eundi' vocem maxime in hac praepositione saepius iam vidimus et Ritteri[1] explicationi: ‚inclarescentes venerunt p. abrupta' libenti animo assentiemur: ceterum similem compositionem sub A, b in a. IV, 45, 6 ‚p. derupta et avia' VI, 27, 3 observavimus. h. IV, 7, 2 *paulatimque p. altercationem ad continuas et infestas orationes provecti sunt* (durch den Wortwechsel hindurch, vom W. weiter zu); V, 4, 18 *pleraque caelestium viam suam et cursum septimos p. numeros commeent;* a. III, 54, 19 *vita populi Romani p. incerta maris et tempestatum cotidie volvitur;* IV, 41, 8 *literarumque magna ex parte se arbitrum fore, cum p. milites commearent* (durch die Hände der S.); XVI, 17, 10 *adquirendae pecuniae brevius iter credebat p. procurationes administrandis principis negotiis.*

---

## II. ‚Per' sensu temporali positum.

Haud secus ac ceteras fere omnes praepositiones etiam ‚per' voculam de tempore usurpari a Romanis eo magis exspectare licebit, quia, ut vidimus, motus notio ei primitus est insita omnisque motus temporis cuiusdam, quo perficiatur, indiget: qua de causa non mirabimur, si diversas rationes, quibus praepositionem locali sensu adhibitam esse intelleximus, ad tempus quoque translatas reperiemus.

A) Itaque sicut indicat praepositio locum, quem quis totum permeat, ita ad tempus traducta id spatium significat, quod

uno tenore repletur aliqua actione: qua praedita vi respondet nostro sive ‚hindurch' sive ‚während'. Si autem, quod in loco quoque observavimus, non plane expletur hoc spatium uno eventu, magis adaequat germanicum ‚innerhalb', cum dicatur ibi de eo tempore, intra cuius fines aliquid accidit. Aliorum auctorum usum, qui tum vocabula ‚forte, ferme' addere consuerunt (Hand l. l. p. 435, 1) Tacitus nusquam sequitur. Haud scio an melius factum foret, si ea exempla, in quibus alterutra potestas modo prolata se offert, seiunctim produxissem, sed non produxi eo consilio, ne singula eadem verba, praesertim cum utraque vis statim cadat sub aspectam, nimis inter se dissiparentur. Ac primum quidem in hac priore particula de eis nominibus, quae aperte ad tempus pertinent, agere concedatur per literarum ordinem:

**annus.** Hac in voce perinde atque in verbis ‚dies' (a. VI, 30, 3) ‚mensis' (h. V, 6, 23), si **nude ponitur** et plurali numero, praepositio distributivam quandam accipit vim, qualem supra e. g. in elocutione ‚p. gradus ire' iam conspeximus: G. 26, 5 *arva p. annos* (die Jahre hindurch i. e. jährlich) *mutant*; a. I, 8, 15. — Cum **adiectivis** conexum vocabulum excepto Dialogi uno loco nunquam nisi in ann. legimus, ubi praecipue adamavit Tacitus copulationem ‚p. tot annos' seu ‚tot p. annos': D. 8, 18 *p.* **multos** *iam annos potentissimi sunt civitatis;* a. XVI, 3, 2 *multos p. an..* VI, 31, 14 *decretumque — ut p.* **omnis** *an. donum Iovi sacraretur*; XI, 22, 7. III, 34, 24 *quid fore, si p.* **plures** *an. in modum discidii obliterentur*; XII, 40, 23 *plures p. an..* II, 36, 8 *vix p.* **singulos** *an. offensiones vitari*; XIV, 21, 10 *singulos p. an..* I, 12, 13 *Tiberiumque — quaeque in toga p.* **tot** *an. egregie fecisset, admonuit*; 17, 5; 54, 10; II, 27, 4; III, 58, 10; VI, 38, 9; XII, 18, 9. II, 2, 10 *ubi illam gloriam — si mancipium Caesaris tot p. annos servitutem perpessum Parthis imperitet*; VI, 30, 4; XII, 36, 6; XIV, 54, 12; XV, 1, 13; 6, 9; 25, 8; 62, 8; XVI, 26, 17. — Cum **numeralibus** componitur vox eis quos infra posui locis: quod si fit, numeri aut in universum modo velut a. III, 55, 3 aut accuratissime

e. g. A. 3, 10; a. XII, 29, 13 sunt traditi, ita ut certa regula hic statui nequeat: A. 3, 10 *quid? si p. quindecim annos — multi — interciderunt;* h. IV, 32, 9 *p. quinque et viginti an.;* 58, 33 *p. octingentos viginti an.;* 67, 9 *p. novem mox an.;* a. I, 9, 6 *p. septem et triginta an.;* II, 63, 16 *p. duodeviginti an.;* 86, 2 *septem et quinquaginta p. an.;* III, 28, 4 *p. viginti an.*; 55, 3 *p. an. centum;* 56, 16 *p. octo an.;* IV, 18, 3 *septem p. an.;* 55, 11 *mille et ducentos p. an.;* 58, 9 *undecim p. an.;* VI, 17, 16 *quindecim p. an.;* 45, 10 *p. quattuor et viginti an.;* XII, 29, 13 *triginta p. an.*; XIII, 32, 11 *p. quadraginta an.*

**dies. Nude** ponitur: h. III, 26, 6 *fesso p. diem noctemque exercitu;* 53, 10. a. IV, 62, 17 *p. diem visu p. noctem ululatibus — liberos noscebant;* VI, 30, 3 *recitarique factorum dictorumque eius descripta p. dies* (täglich) *iussit;* XII, 20, 23 *quod perditissimus quisque p. diem* (am Tage) *concupiverit, p. tenebras audeat.* — Cum **adiectivis** sive **pronominibus** coniungitur: A. 41, 1 *p.* **eos** *dies — absens accusatus — est*; h. I, 20, 13; 88, 1; III, 38, 1; 63, 9; a. I, 69, 5; XIV, 21, 23. h. III, 46, 1 *turbata p.* **eosdem** *d. Germania.* a. I, 42, 7 *quid enim p.* **hos** *d. inausum — vobis.* III, 44, 12 *ut solitum p.* **illos** *d. egit*; IV, 42, 1; 63, 10; XVI, 2, 5. XI, 21, 4 *vacuis p.* **medium** *diei porticibus*; XIV, 59, 8. XII, 12, 13 *iuvenem —* **multos** *p. d. attinuit apud oppidum.* D. 9, 15 *toto anno*, *p.* **omnes** *d.*, *magna noctium parte unum librum excudit*; a. II, 24, 9 *p. o. illos d. noctesque;* IV, 8, 4 *p. o. valetudinis eius d.* IV, 55, 3 *Caesar — legatos —* **pluris** *p. d. audivit*; VI, 19, 2.

**mensis** in hist. tantum occurrit: V, 6, 23 *fugit cruorem vestemque infectam sanguine quo feminae p. menses* (monatlich) *exsolvuntur*; I, 42, 8 *crebrior tota civitate sermo p. illos m. fuerat*; IV, 81, 1 *p. eos m. — multa miracula evenere.*

**nox.** A. 12, 12 *si nubes non officiant, aspici p. noctem solis fulgorem — adfirmant*; h. I, 48, 9; III, 38, 3; a. XIII, 38, 17; XV, 50, 22.

**tempus** sola cum voce ‚idem' componitur semel in hist. I, 73, 1, quindecies in ann.: qua elocutione tum semper uti

solet Tacitus, cum in narrandis rebus novam incipit particulam in eas incidentem, quo accidit, ut tribus locis exceptis semper in initio capitum reperiatur. Verumtamen etiam in duobus eorum quae exclusi exemplis a. IV, 71, 17 et VI, 16, 11 coniunctio eandem obtinet sententiam, quapropter quaestionem moveat quispiam, num nulla re obstante hic quoque, imprimis in a. VI, 16, 11, initia capitum sint statuenda: ceterum Tacitus eodem modo ponit et ‚sub idem tempus' e. g. h. IV, 48, 1; a. III, 48, 1; 64, 1 et ‚per eos dies', ‚isdem diebus', ‚interim' al.: h. I, 73, 1 *p. idem tempus expostulata ad supplicium Calvia*; a. II, 42, 20; 68, 1; III, 29, 1; IV, 22, 1; 37, 1; 71, 17; VI, 5, 1; 16, 11; 47, 1; XI, 81, 1; XII, 10, 1; 29, 1; XIII, 26, 1; 44, 1; XV, 46, 1.

**tenebrae**. Vocabulum, quod praecipue a poetis in usum vocatum maxime convenit poetico Taciti colori, non simpliciter ut verba ‚per noctem' während der Nacht significat, sed potius: im Dunkel, unter dem Schutze der N. (Wölfflin, Phil. XXVII, p. 133 supra) atque in hist. multo saepius est obvium quam in ann.: h. I, 26, 8 *ne p. tenebras — pro Othone destinaretur*; 54, 11 *p. tenebras et inscitiam ceterorum*; 81, 11 *senes feminaeque p. t. diversa urbis itinera — petivere*; III, 19, 6; 21, 12; IV, 29, 3; 36, 13; a. XIII, 25, 12; XIV, 20, 23.

Quibus locis hae annectantur temporum descriptiones: h. III, 33, 16 *p. quadriduum Cremona suffecit*; a. II, 36, 13 *quid si honorem p. quinquennium agitent*; III, 13, 2 *statuitur, utque — reus p. triduum defenderetur*; VI, 23, 14 *factaque mutuandi copia — p. triennium*; XVI, 1, 8 *quae p. tantum aevi occulta*.

B) Non secus porro atque alii argenteae maxime aetatis scriptores Tacitus praepositionem talibus rebus, quae temporis aliquod spatium perdurant, apponere solet ea notione, quam plane fere cernimus in latino ‚inter', germanico ‚während': ceteroquin in hist. pro ambitu utriusque operis saepius in illum usum incidimus quam in ann.: ex libris minoribus tantum in Agricola unum exemplum exstat.

a) Cum **substantivis** iungitur praepositio: A. 43, 7 *p. omnem valetudinem eius — medicorum intimi venere*; h. I, 9, 8 *legiones p. omnes civilium bellorum motus innocentius egerunt*; II, 11, 13 *auxilium — p. civilia arma etiam severis ducibus usurpatum*; 24, 4 *p. concursum* (beim Zusammentreffen) *exploratorum — inferior*; III, 59, 6 *p. transitum Appennini conflictatus exercitus*; IV, 28, 10 *Ubii — p. omne id bellum meliore usi fide quam fortuna* (cf. a. IV, 26, 8; 55, 6); 69, 12 *quibusdam opes viresque — p. iurgia iactantibus;* 83, 5 *memorant — oblatum p. quietem* (im Schlafe) *decore eximio — iuvenem*: item a. XII, 13, 10; V, 3, 6 *ceteris p. lacrimas torpentibus*; 12, 8 *p. avaritiam Claudianorum temporum empto iure muniendi;* 23, 16 *crebris p. acquinoctium imbribus:* ita ingeniose restituit Orellius eas Mediceas literas, quas Baiterus legit: peqtiū, Ritterus₁: q̄tiū̃ et in altera collatione: peq...; hic non contentus Orellii emendatione primum scribendum censuit: ‚per id tempus', quod, ut taceam de palaeographica difficultate, secundum ea quae sub voce ‚tempus' explicui, non magis accipiendum videtur quam quod postea proposuit: ‚peraeque': nam hoc quoque vocabulum Tacito omnino abest neque intellego, cur in egregia Orellii medela omnino offendamur. a. II, 13, 5 *fruiturque fama sui, cum — p. seria p. iocos eundem animum laudibus ferrent*; IV, 26, 8 *cognitis dehinc Ptolemaei p. id bellum studiis;* 55, 6 *memorabant de — studio in populum Romanum p. bella Persi et Aristonici;* XI, 16, 2 *amissis p. interna bella nobilibus*: quae, etsi fortasse instrumentali sensu accipi possunt, tamen et propter exempla h. IV, 28, 10; a. IV, 26, 8; 55, 6 et quia coniunctio verborum ‚p. bella' apud Tacitum nunquam, ubi sola occurrit, notionem habet instrumentalem, huc referre non dubitavi. XII, 12, 2 *militares artes p. otium* (im Frieden) *ignotae*: item XV, 6, 5 (cf. supra h. IV, 83, 5; a. XII, 13, 10 p. otium im Traume), XIV, 61, 7 *multataque quae p. seditionem verterant.*

b) Cum **adiectivis** substantivorum vice fugentibus componitur praepositio: h. I, 88, 18 *multi — in pace anxii,*

*turbatis rebus alacres et p. incerta tutissimi;* a. XI, 15, 10 *gratiam referendam, ne ritus — inter ambigua culti, p. prospera obliterarentur;* 17,12 *p. laeta p. adversa res Cheruscas adflictabat;* XVI, 29, 1 *cum p. haec atque talia Marcellus — oculis ardesceret.*

---

## III. ‚Per' sensu translato positum.

Quo longius recedit lingua e primis incunabulis atque ad cultiorem dicendi ubertatem progreditur formandam, eo magis ex concretis, ut hac voce utar, verborum notionibus abstractas expromere et ad consuetudinem suam aptare studet: id quod prae aliis observare licet in praepositionibus, quae, quando procedente lingua magis magisque ad compensandos casus deficientes insumuntur, praeter genuinam potestatem, quae plerumque est localis, etiam translatas significationes in se recipere solent. Itaque in hac quoque vocula, cuius translatus usus apud Tacitum est frequentissimus, extra localem temporalemque notiones etiam instrumentalem, modalem, causalem, maxime ut ablativus casus hoc modo resarciatur, discernere possumus, quas, quoniam omnes in eandem originem localem reduci debent, non semper accurate inter se distineri posse per se est manifestum. Haec in universum.

### A. De instrumentali praepositionis vi agitur.

Paululo tantum instrumentalem praepositionis notionem a locali recedere ita praecipue cognoscemus, si eorum exemplorum, ubi cum personarum nominibus eam copulatam videmus, rationem habuerimus: ibi enim non auctorem (moral. Urheber) actionis, quod vocula ‚a' exprimitur, sed eam personam

(Mittelsperson) indicat, cuius auxilio perficitur, per quam permeat actio: quam differentiam optime conspicies in Cic. Rosc. Amer. 29, 80, ubi legitur: ‚quid ais? vulgo occidebantur? per quos? et a quibus?' (durch wen und auf wessen Anstiften, Geheisz) (Hand l. l. I, 31, 5). Ex hac demum coniunctione creberrimus praesertim apud Tacitum usus derivatus mihi esse videtur, quod etiam ad res, quae hoc modo quasi hominum partes agentes cogitantur, ita refertur, ut denotet instrumentum. Quae si recte sunt disputata, permirum certe non videbitur, quod propter poeticam quandam Taciti affectationem excelsumque loquendi morem, praepositionem ‚per' frequentissime usitatam reperimus pro simplici ablativo atque altera ex parte crebrius quam apud alios auctores pedestres in exempla incidimus, in quibus personarum nomina quodammodo contemptim tamquam rebus aequata ablativo casu sunt posita (Draeger l. l. p. 23). Ceterum ut hoc statim adiciam, etiamsi verba ‚a' et ‚per' vocabulis personarum affixa plane diversa esse vi modo diximus, tamen hoc discrimen neque in classica quam vocant aetate tam severe observatum et postea saepissime, ut Tacitea quoque compluria exempla docebunt, neglectum est.

Quod ad locorum distributionem attinet, per scriptorum Taciti ordinem primum eos contemplabor, in quibus praepositio coniungitur

a) cum **personarum vocibus** atque enumerabo ex his sub litera

*α*) **nomina propria**: h. I, 29, 7 *placuit pertemptari animum cohortis — nec p. ipsum Galbam*; II, 58, 4 *addita p. Galbam — administratione*; 51, 8 *concedentibus ad victorem p. Flavium Sabinum iis copiis*; a. II, 28, 3 *demonstrato — reo p. Flaccum Vescularium*; III, 31, 17 *satisfactum Corbuloni p. Mamercum*; IV, 8, 3 *id* (sc. venenum) *datum p. Lygdum*; 11, 12 *ordo alioqui sceleris p. Apicatum Seiani proditus*; 36, 11 *ficta in eum crimina p. Vibium Serenum*; 68, 8 *consulatus, ad quem nisi p. Seianum aditus*; XII, 21, 1 *Mithridates vectusque Romam p. Iunium Cilonem*; XIII, 21, 13 *p. concubinum*

*Atimetum et histrionem Paridem quasi scaenae fabulas componit;* XV, 44, 12 *Christus — p. procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus est.*

*β*) Cum **aliis personarum vocabulis** conectitur praepositio hic: A. 12, 3 *olim regibus parebant, nunc p. principes factionibus et studiis distrahuntur:* ubi fortasse, ne ter repetatur terminatio ‚bus', ‚per' positum est pro vocula ‚a'; 19, 6 *nihil p. libertos servosque publicae rei:* qui paulo accuratius amplexus erit scribendi Taciti morem, non offendet in omissione verbi ‚agendi', quam ne Cicero quidem horruit, ut docet: Phil. I, 2 nihil per senatum, multa et magna per populum sc. acta ab Antonio (cf. h. I, 58, 2; a. XV, 45, 14); 24, 11 *portusque p. commercia et negotiatores cogniti;* 43, 8 *ex more principatus, p. nuntios visentis — medicorum intimi venere* (cf. h. II, 81, 4; III, 9, 11; V, 24, 4; a. VI, 45, 4; XII, 14, 2); 43, 11 *momenta ipsa deficientis p. dispositos cursores nuntiata constabat;* G. 11, 10 *silentium p. sacerdotes imperatur* (cf. a. I, 10, 25); h. I, 2, 20 *quibus deerat inimicus, p. amicos oppressi* (cf. h. II, 5, 12); 26, 11 *indicia p. conscios oppressa;* 49, 4 *caput p. lixas calonesque suffixum;* 58, 2 *ministeria principatus p. libertos agi solita;* II, 2, 9 *templum — inclutum p. indigenas advenasque;* 5, 12 *consuluere primum p. amicos;* 35, 3 *transgressos — p. promptissimos gladiatorum Macer adgreditur* (cf. a. I, 22, 7); 81, 4 *p. occultos suorum nuntios excitus ab urbe Agrippa;* 82, 4 *cuncta p. idoneos ministros — festinabantur* (cf. a. XII, 40, 21); III, 9, 11 *p. nuntios pacta perfidiae firmaret;* V, 24, 4 *p. occultos nuntios Batavis pacem — ostentans;* a. I, 7, 9 *cuncta p. consules incipiebat;* 8, 2 *testamentum inlatum p. virgines;* 10, 25 *templis et effigie numinum p. flamines et sacerdotes coli;* 22, 7 *missum — iugulavit p. gladiatores suos;* 37, 2 *missio p. tribunos maturatur;* 44, 10 *reus — p. tribunum ostendebatur;* 47, 6 *p. filios pariter adiri maiestate salva* (cf. a. II, 57, 3); II, 39, 11 *p. idoneos et secreti eius socios crebrescit vivere Agrippam;* 57, 3 *iussus partem legionum ipse aut p. filium in Armeniam ducere;* 69, 8 *plebem p. lictores*

*proturbat;* III, 22, 4 *quaesitumque p. Chaldaeos in domum Caesaris* (cf. a. XII, 52, 2); IV, 35, 12 *libros p. aediles cremandos censuere patres;* 75, 5 *Octaviam et p. eam Augustum avunculum praeferebat;* VI, 18, 8 *lecto p. magistros aestimatoque carmine* (cf. a. XIII, 6, 8); 20, 8 *retractusque p. centurionem* (cf. a. XIV, 31, 4; XV, 30, 3); 45, 4 *haec — p. longinquos nuntios accipiebat;* XII, 8, 5 *sacra — piaculaque p. pontifices danda;* 14, 2 *Gotarzes — quamquam p. insectationes et nuntios ad proelium vocaretur, nectere moras;* 40, 21 *p. ministros agere et arcere hostem satis habebat;* 52, 2 *in exilium agitur, quasi finem principis p. Chaldaeos scrutaretur,* XIII, 6, 8 *num praedia — p. magistros administrari possent, inquirebant;* XIV, 22, 4 *Plautus celebratur, cui nobilitas p. matrem;* 31, 4 *contra vertit, adeo ut regnum p. centuriones, domus p. servos velut capta vastarentur;* 54, 8 *iube p. procuratores tuos administrari;* XV, 30, 3 *initia vigiliarum p. centurionem nuntiari;* 44, 4 *propitiata Iuno p. matronas;* 45, 14 *venenum ei p. libertum — paratum;* 55, 7 *raptus p. milites;* XVI, 27, 5 *oratio principis p. quaestorem eius audita est.*

γ) **Adiectivis** et **pronominibus** praeponitur vocula: A. 22, 13 *nec Agricola umquam p. alios gesta — intercepit;* h. I, 70, 12 *id — p. ipsos compertum;* III, 61, 5 *p. eos cognitum est;* IV, 40, 7 *serie ducti, p. quos redderentur bello rapta;* a. III, 74, 15 *p. expeditos et solitudinum gnaros — Tacfarinatem proturbabat;* 74, 18 *relictis p. quos resurgeret bellum;* XVI, 2, 2 *missis p. quos nosceret.*

b) Saepissime, ut monui, Tacitus, excepto dialogo, ubi unum tantum exemplum reperitur, praepositionem copulare solet **cum rerum vocabulis** sic tamquam personarum partes gerentium eodem modo, quo ponit nudum ablativum: loci quos per literarum ordinem sociavi sunt hi:

α) a. I, 2, 8 *nullo adversante, cum ferocissimi p.* **acies** *et proscriptione cecidissent:* Nipperdeius ad hunc locum annotat: „per bezeichnet den Ort“ neque ceteri editores, ut Otto, Draegerus al. aliam profitentur opinionem. Sed quamquam concedo,

voculam ‚per', si instrumentali vi est exornata, principio prae se ferre localem potestatem, tamen secundum ea quae in prooemio sunt exposita, a me impetrare non possum, quin et verba ‚p. acies' et ‚proscriptione' (durch die Kämpfe und Aechtung) pari loco esse posita contendam, praesertim cum sequens exemplum valde pro me pugnare videatur; II, 64, 5 *laetiore Tiberio, quia pacem sapientia firmaverat, quam si bellum p. acies confecisset:* causa cur Tacitus scribere praetulerit ‚p. acies', forsitan in eo sit posita, quod, ut Draegerus in annotatione ad locum proximum existimat, deest forma ‚aciebus': verum quantum quidem ad praecedens exemplum attinet, ultimam solamque eam esse non posse ideo apparet, quod libentissime vel ibi, ubi iusta forma occurrit, et praepositionem et ablativum casum inter se commutare adamat auctor. h. IV, 68, 10 *domui Vespasiani p.* **adfinitatem** *innexum;* a. II, 43, 8 *p. adf. conexum Germanico.* I, 3, 22 *adscirique p.* **adoptionem** — *iussit.* h. IV, 84, 26 *plurimi Ditem patrem insignibus* — *aut p.* **ambages** *coniectant* (non modaliter ut h. II, 4, 4; a. II, 54, 16: ‚mit Hülfe künstlicher Combinationen' Heraeus). A. 40, 20 *uti plerique, quibus magnos viros p.* **ambitionem** *aestimare mos est,* — *quaererent famam* (mittels der Umgebung beurtheilen): ‚aestimandi' vocem alibi componi aut cum praepositione ‚ex' aut ‚de' satis constat, sed, ut Draegerus (Hist. Synt. p. 523, $\delta$) nobiscum communicat, idem verbum in argentea latinitate etiam simplicem ablativum, qui (Reissig l. l. p. 648) certe pro instrumentali habendus esse videtur, regere solet: quapropter facile est intellectu, cur Tacitus hic talem coniunctionem, qualem iam in Livii l. XXII, 8, 3 animadvertimus, adhiberi potuerit; a. III, 12, 13 *reputate* — *quaesita sint p. amb. studia militum.* I, 7, 23 *p. uxorium* **ambitum** *et senili adoptione inrepsisse*; IV, 74, 12 *Seianum, cuius durior congressus, atque eo p. a. et societate consiliorum parabatur;* XIII, 6, 18 *si pecuniosum et gratia subnixum p. a. deligeret;* XV, 32, 7 *plures p.* **arenam** (Auftreten in der Ar.) *foedati sunt.* h. IV, 50, 20 *discordias* — *quae* — *raptu*

*frugum — iam p.* **arma** *atque acies exercebantur;* V, 8, 13 *resumpta p. a. dominatione.* A. 9, 16 *ne famam quidem — ostentanda virtute aut p.* **artem** *quaesivit;* 46, 14 *forma mentis aeterna, quam tenere et exprimere non p. alienam materiem et a., sed tuis ipse moribus possis;* h. I, 17, 8 *favorem ut largitione et ambitu male adquiri, ita p. bonas artes haud spernendum;* 20, 16 *metus initium tamquam p. artem* (durch List) *et formidine* (aus Furcht) *singuli pellerentur:* sic Halmius Heraeo auctore perverse ex mea sententia mutavit Med. lectionem: ‚formidinem', quia duo diversae notionis accusativi etiam alibi sicut h. I, 54, 11 ‚p. tenebras et inscitiam' (im Dunkel der Nacht u. aus Unwissenheit) inter se committuntur; III, 59, 15 *nuntii p. varias fallendi artes penetrabant;* IV, 41, 6 *verba — p. varias a. mutantibus;* V, 11, 14 *muri p. artem obliqui;* a. I, 9, 12 *arma — quae neque parari possent neque haberi p. bonas artes;* VI, 22, 12 *fraudibus, quae — miras p. a. rursum oriebantur;* XIV, 3, 15 *navem —, cuius pars — p. artem* (mittelst künstlicher Vorrichtung) *soluta effunderet ignaram;* XV, 42, 7 *quae natura denegavisset, p. a. temptare;* IV, 19, 14 *victoria p.* **avaritiam** *foedata:* de compositione verborum ‚foedare per' conferas quaeso XV, 32, 7; 37, 15. h. I, 25, 9 *animos diversis artibus stimulant, primores militum p.* **beneficia** *— volgus ira et desperatione.* a. XIII, 13, 10 *p.* **blandimenta** *iuvenem adgredi;* 46, 8 *Poppaea primum p. bl. et artes valescere.* XV, 34, 4 *p. conpositos* **cantus** *grates dis atque — fortunam celebrans.* A. 14, 9 *paucis admodum* **castellis** *— promotis, p. quae fama — quaereretur.* a. VI, 15, 9 *precatusque p.* **codicillos.** XV, 9, 8 *collesque adversi p. socias* **cohortes**, *post legionum castris occupantur.* h. IV, 40, 21 *petit —, ut* **commentariorum** *principalium potestatem senatui faceret, p. quos nosceret.* A. 28, 14 *fuere quos p.* **commercia** *venumdatos — inlustravit;* 39, 4 *emptis p. c.;* G. 17, 6 *nullus p. c. cultus;* 24, 11 *servos p. c. tradunt:* coniunctio ‚p. c. et negotiatores' in A. 24, 10 supra iam est memorata et, ut videmus, modo in A. et G. se nobis offert. a. V, 1, 10 *sanguine Augusti p.* **coniunctionem**

*Agrippinae — adnexa.* h. I, 78, 8 *statuas Poppaeae p. senatus* **consultum** *reposuit.* a. IV, 35, 6 *populum p.* **contiones** *incendo.* h. IV, 65, 10 *nobiscum p.* **conubium** *sociatis.* II, 13, 7 *cum — milites — p.* **cruciatus** *interrogarent:* compares infra elocutionem ‚p. tormenta', quam solis in ann. observare licet. a. III, 30, 11 *p.* **cultum** *et munditias copiaque et afluentia luxu propior.* a. IV, 44, 16 *ossaque tumulo — inlata p.* **decretum** *senatus.* h. I, 4, 15 *adesis bonis p.* **dedecus** *Neronis alebantur;* a. IV, 19, 4 *odiis Seiani p. d. suum gratificabatur.* A. 31, 2 *p.* **dilectus** *alibi servituri auferuntur.* a. VI, 18, 4 *senatus consultum postulaverat. quo p.* **discessionem** *facto.* XI, 17, 8 *nihil spei nisi p.* **discordias** *habeant.* h. IV, 18, 4 *conatus p.* **dissimulationem** *aluit* (cf. h. I, 4, 15). III, 45, 6 *capto p.* **dolum** *rege;* a. II, 3, 9 *occiso Artaxia p. d. propinquorum;* XIII, 1, 2 *mors — p. d. Agrippinae paratur.* h. IV, 42, 24 *segnitiam Neronis incusares, quod p. singulas* **domos** (mit der Anklage je éines Hauses) *seque et delatores fatigaret.* a. II, 45, 15 *p.* **dona** *et legationes petivisse foedus.* h. I, 76, 3 *laudatusque p.* **edictum** *Cluvius Rufus;* a. V, 5, 2 *increpitaque p. ed. plebe;* XII, 4, 10 *repetente p. ed. Vitellii ordine — movetur.* h. II, 64, 3 *vocatum p.* **epistulas**: quo verbo, ut Heraeus ad h. I, 67, 7 commemorat, falsa quadam analogia eodem sensu ac ‚literis' uti solent Tacitus Plinius Iustinus; 85, 10 *p. ep. adliciebant — exercitum.* a. II, 65, 10 *tractaque in multam noctem laetitia p.* **epulas** *ac vinolentiam incautum Cotyn — catenis onerat:* ubi praepositionis vis fortasse pro causali sive modali haberi possit; XIV, 2, 3 *cum — Nero p. vinum et ep. incalesceret.* A. 19, 2 *doctus p. aliena* **experimenta**. a. XIV, 1, 5 *Poppaeae, quae — crebris criminationibus, aliquando p.* **facetias** *incusaret principem.* XI, 14, 1 *primi p.* **figuras** *animalium Aegyptii sensus mentis effingebant.* a. XIII, 46, 13 *devinctam Othoni p.* **genus** *vitae.* G. 28, 15 *ambitiosi sunt, tamquam p. hanc* **gloriam** *sanguinis a similitudine — separentur.* a. IV, 21, 13 *p. immodicas* **inimicitias**, *ut — Cretam amoveretur, effecerat.* G. 35, 11 *ut superiores agant, non p.* **iniurias** *ad-*

*sequuntur*; a. XIII, 14, 11 *imperio, quod insitus et adoptivus p. in. matris exerceret.* A. 2, 12 *adempto p.* **inquisitiones** — *commercio.* a. XIV, 43, 10 *viro — interfecto p.* **insidias** *serviles.* III, 27, 9 *inlusi p.* **intercessionem** *socii.* I, 79, 3 **lacus,** *p. quos augescit* (sc. Tiberis). 10, 3 *concitos p.* **largitionem** *veteranos.* h. III, 62, 8 *ni famam urbanitatis p.* **lasciviam** *peteret:* Halmii supplementum: ‚ni' propter praecedens ‚ingenio' multo probabilius mihi videtur quam quod Nipperdeius inserit: ‚cum'. a. II, 73, 1 *funus — p.* **laudes** *et memoriam virtutum eius celebre fuit.* IV, 5, 8 *cetera Africae p. duas* **legiones** *parique numero Aegyptus* (sc. coercita). XI, 37, 17 *animo p.* **libidines** *corrupto.* h. II, 12, 5 *Pacensis p.* **licentiam** *militum vinctus*; IV, 22, 6 *p. l. absumpta sunt quae — in longum suffecissent;* a. III, 13, 9 *Pisonem vulgus militum p. l. et sociorum iniurias — conrupisse;* XIII, 47, 12 *quidam p. iuvenilem licentiam — inanem metum fecerant.* h. II, 23, 3 *Gallum p.* **literas** *docet*, item: 39, 10; a. I, 53, 19; II, 79, 10; III, 35, 1; V, 2, 3. a. XIII, 12, 6 *inrepserat p.* **luxum** *et ambigua secreta;* 34, 8 *pecuniam statuit princeps, quamvis p. l. avitas opes dissipassent.* III, 8, 2 *datisque* **mandatis** *p. quae principem molliret.* XV, 58, 1 *p.* **manipulos** *occupatis moenibus.* h. II, 12, 1 *possessa p.* **mare** *et naves* (Seemacht) *maiore Italiae parte.* a. III, 26, 5 *ubi nihil contra morem cuperent, nihil p.* **metum** *vetabantur.* I, 19, 15 *necessitate expressa quae p.* **modestiam** *non obtinuissent.* VI, 38, 8 *valuit tamen utilitas, ut — Sinnacen dissimulatione ac donis, simul p.* **negotia** *moraretur.* III, 24, 16 *p. insignem* **nobilitatem** *et eloquentiam praecellebat.* 55, 8 *p.* **nomen** *et clientelas inlustrior habebatur.* XIII, 23, 3 *Claudii, cui p.* **nuptias** *Antoniae gener erat.* A. 30, 16 *superbiam frustra p.* **obsequium** *ac modestiam effugeris;* G. 40, 2 *non p. o., sed proeliis ac periclitando tuti sunt*; h. I, 15, 24 *fidem — alii p. obsequium imminuent;* II, 87, 11 *flagitiosa p. obsequia Vitellio cogniti*; a. XIII, 26, 14 *grave manu missis p. idem obsequium, p. quod assecuti sint.* 19, 15 *Plautum, p. maternam* **originem** *pari ac Nero gradu a divo Augusto.* IV, 30, 14

*delatores — p.* **praemia** *eliciebantur.* 49, 4 *obsidium coepit p.* **praesidia**. VI, 33, 11 *ad* **preces** *cogi, p. quas consularium aliqui — adigerentur.* 44, 13 *veritatisque — p.* **probra** *saltem gnarus fieri.* h. II, 20, 10 *temptata — fide p. conloquium et* **promissa**; a. II, 67, 1 *p. ingentia pr. perpulit;* III, 16, 5 *ni elusus a Seiano p. vana pr. foret;* XVI, 1, 1 *inlusit dehinc Neroni fortuna p. vanitatem ipsius et pr. Caeselli Bassi.* G. 14, 14 *materia munificentiae p. bella et* **raptus**; h. I, 46, 13 *p. latrocinia et r. aut servilibus ministeriis militare otium redimebant;* 83, 4 *cum — plures — p. turbas et r. facilius ad civile bellum impellerentur;* II, 58, 6 *p. latrocinia et r. apta bello manus.* a. XI, 10, 20 *potitusque regiam p.* **saevitiam** *ac luxum adegit Parthos;* XIV, 45, 11 *prohibitum est, ne mos antiquus — p. s. intenderetur;* XV, 50, 14 *vita famaque laudatum p. s. inpudicitiamque — anteibat;* VI, 41, 2 *se quisque stimulant, ne pugnam p.* **sagittas** *sinerent*: pro qua extrema voce optimo iure Beroaldus scripsit ‚inirent'. Quae pro hac scriptura atque contra lectionem ‚sinerent' proferri possunt, tam praeclare Otto iam in annotatione exposuit, ut ad eius verba lectorem reiecisse satis habeam. II, 38, 14 *aerarium, quod si ambitione exhauserimus, p.* **scelera** *supplendum erit:* VI, 54, 14 *qui — plura p. sc. rempublicam conflictavisset;* XIII, 1, 8 *Neroni et imperium p. scelus adepto;* XV, 52, 13 *Neronem tamquam p. sc. interfectum;* I, 19, 3 *Blaesus — non p.* **seditionem** *et turbas desideria militum ad Caesarem ferenda ait;* 39, 5 *inrita facerent, quae p. s. expresserant.* IV, 50, 13 *hostisque clamore turbido, modo p. vastum* **silentium** *incertos obsessores effecerat;* XV, 1, 18 *Tiridates — p. s. aut modice querendo gravior erat:* de Sirkeri huius loci emendatione, quae est ‚modo haud modice', Wölfflinus in Phil. XXVII, p. 146 apte disseruit. VI, 4, 3 *plerisque p. priora* **supplicia** *lenitis.* D. 36, 32 *testimonia — p.* **tabellam** *dare.* h. II, 32, 15 *multa bella — p.* **taedia** *et moras evanuisse.* a. II, 30, 11 *servos p.* **tormenta** *interrogari placuit;* III, 22, 13 *p. t. interrogari passus est;* XIV, 24 11 *seque auctorem et socios p. t. edidit* (non: auf der

Folter). I, 23, 2 *p.* **umeros** *sustinebatur.* II, 23, 13 *insulas saxis abruptis vel p. occulta* **vada** *infestas.* XII, 52, 8 *morte fortuita an p.* **venenum** *exstinctus esset, ut quisque credidit, vulgavere*; XIV, 63, 11 *erepto p. v. patre.* A. 28, 5 *adactis p.* **vim** *gubernatoribus*; a. III, 27, 7 *leges — p. v. latae sunt.* XV, 38, 3 *quae huic urbi p.* **violentiam** *ignium acciderunt.* h. II, 5, 16 *tribuni — industria licentia, p.* **virtutes** *p. voluptates — adsciscebantur.* a. VI, 52, 11 *iactis —* **vocibus**, *p. quas intellegeretur providus futurorum.* A. 21, 3 *ut homines — quieti et otio p.* **voluptates** *adsuescerent, hortari.* a. II, 9, 5 *amisso p.* **vulnus** *oculo;* XIV, 17, 7 *trunco p. vulnera corpore:* alibi sicut a. I, 17, 7 Tacitus etiam dicit: truncato **ex** vulneribus corpore.

*β*) Cum **adiectivis** et **pronominibus** neutrius generis sociatur praepositio: D. 24, 5 *ab ipsis mutuatus est, p. quae mox ipsos incesseret* (sc. ea die Waffen, womit); h. III, 1, 13 *superesse — mare classes studia provinciarum, p. quas velut alterius belli molem cieret:* sic quidem in Med. cod. est scriptum, sed rectissime Nipperdeius propterea, quod pronomen ‚quas' solas ad provincias referri deberet, vocem ‚quas' in ‚quae' emendavit; a. I, 65, 26 *amissa magna ex parte, p. quae egeritur humus* (i. e. die Geräthschaften zum): propter grande enim quoddam loquendi genus Tacitus anxie evitans, ne trita quotidianae vitae verba in stilum suum inserat, ea vel paulo verbosius circumscribere mavult. Exempla huius moris cum Nipperdeius ad hunc locum tum Wölfflinus in Phil. XXVII, p. 139 satis attulerunt. II, 72, 4 *haec palam et alia secreto, p. quae ostendere credebatur metum ex Tiberio;* III, 54, 5 *morbos — nisi p. dura et aspera coerceas;* 65, 1 *sententias — insignes p. honestum aut notabili dedecore:* cur Nipperdeius ablativum ‚notabili dedecore' item ac ‚p. honestum' (i. e. honestate) non a voce ‚insignes', verum ut ablativum qualitatis a verbo ‚sententias' dependere velit, equidem non comprehendo; XV, 37, 15 *p. licita atque inlicita foedatus;* XVI, 19, 5 *adloqui amicos, non p. seria aut quibus gloriam constantiae*

*peteret*; 24, 6 *Thraseam scripsisse*, *p. quae claritudinem principis extolleret.*

c) Pauca quae consequuntur exempla non alia ex causa per se tractare libet, quam quod, si ceteris insererentur, non tam in se converterent legentium animos, quam fortasse sunt digna: D. 21, 38 *nolo Corvinum insequi*, *quia nec* **p. ipsum stetit**, *quominus — exprimeret:* elocutionem ‚p. se stat', satis ceteroquin usitatam a classicis scriptoribus, instrumentaliter esse explicandam apparet: nam quid aliud denotat quam: ‚durch mich, meine Hülfe steht etwas i. e. steht in meiner Macht, hängt von mir ab?'; h. III, 8, 5 *quod* **p. se** *parvum — magni momenti tenuit locum:* quae significat coniunctio, aliquid, ut existat, suo tantum non alio auxilio indigere: quare quod saepius pro voce ‚solus' ponitur, non mirabimur (Hand l. l. p. 441, 6); 72, 3 *propitiis si* **p. mores nostros liceret** *deis:* Handius l. l. p. 439, 4 in eo errasse mihi videtur, quod, si vocula ‚per' pendet ex verbo ‚licendi', ei causalem potestatem tribuendam esse existimat neque possum non plane assentiri Draegero iudicanti (Hist. Synt. p. 562, 4) hic quoque vis instrumentalis statuatur oportere. Cum enim verbum 'licendi' ex eadem radice (lik) atque ‚linquendi' derivatum primitus denotare constet: ‚es ist überlassen', hunc locum facile sic reddemus: ‚es ist durch die Gesetze überlassen, erlaubt'.

Non aliam quam modo animadvertimus notionem, etiam his locis haud difficulter agnoscemus atque ex analogia quadam liberiore Tacitum praepositionem in eis adhibuisse sumere poterimus: h. I, 24, 11 *p. socordiam praefecti*, *quem nota pariter et occulta fallebant* (i. e. quod p. soc. licuit); a. III, 29, 4 *Neronem commendavit patribus*, *utque — quinquennio maturius quam p. leges* (sc. petere licet) *quaesturam peteret*; VI, 28, 13 *multos*, *qui conflictari adversis videantur*, *beatos*, *at plerosque quamquam magnas p. opes miserrimos:* ubi Nipperdeius annotat: ‚per drückt nicht das Mittel, sondern die Bewegung in der Sache aus ‚in'' et Draegerus in editione sua affert locos: a. XI, 14 p. fora ac templa; I, 15 p. circum;

XII, 12 p. illas gentes. Verum equidem potius praepositioni eandem vim assignaverim, quam tenet cum verbo ‚licendi' sociata, et, ut respondeant sibi enuntiata, post vocem ‚quamquam' seu ‚beatos esse liceat' seu ‚beati esse videantur' mente addiderim: quocum supplemento optime convenire videntur, quae statim leguntur verba: ‚si illi gravem fortunam constanter tolerent, hi prospera inconsulte utuntur'; XV, 1, 10 *Tigranes Adiabenos — latius ac diutius quam p. latrocinia* (sc. vastare licet) *vastaverat:* ubi compares quaeso exemplum a Draegero l. l. p. 15 §. 37 ex h. III, 53 desumptum: ‚literas ad Vespasianum composuit iactantius quam ad principem (sc. componi decet)'.

a. XI, 23, 18 *eorum — qui † Capitolio et ara Romana manibus eorundem p. se satis**:* loco vexatissimo a viris doctis medelam me quoque afferre non posse profiteor.

d) In fine huius particulae trium exemplorum mentio fiat, in quibus secundum aliorum scriptorum usum **praepositio cum ‚orandi, testandi, rogandi' verbis componitur.** Notionem etiam hic pro instrumentali esse habendam libenter concedemus, si reputaverimus enuntiatum ‚per liberos oro' nihil aliud significare nisi: vermittelst der Kinder bitte ich, ‚per Iovem iuro' nihil aliud nisi: mit Hülfe des Zeus schwöre ich i. e. Iove intercedente, Iovis auxilio orationem meam affirmo, id quod luce clarius intellegi licet, si ea, quae iurandi verbum subsequuntur, accusativo c. inf. sunt expressa. Pottius igitur rectissime mihi l. l. p. 470 exposuisse videtur haec: ‚Das Schwören durch Gott — scheint dies andeuten zu sollen, dasz man in Betreff der Wahrheit des Beschworenen die intervenirende, vermittelnde Betheiligung der Gottheit als Bestätigerin derselben herbeifleht. Durch sie soll sich herausstellen, ob ich wahr rede oder nicht'. Quod autem ‚orandi, testandi' al. vocabula crebro in hac re omitti solent, non valde admirabimur, quoniam is, qui iurat testatur orat, saepe tali cum animi concitatione loquitur, ut eius tantum nomen, per quem iurat al., dicere possit: quo usu semel fixo ac firmato manifesto sequitur, ut vel ibi, ubi quietior est obtestatio, verbum neglectum

inveniamus sicut in exemplo: D. 35, 17 *controversiae — quales, p. fidem, et quam incredibiliter compositae!*: ubi Orellius addit: ‚rarior utique obtestatio, sed proba, quae minime debebat in suspicionem vocari': quod qua de causa factum sit, ne ego quidem intellego, quia offensionis nihil habet coniunctio (Hand l. l. p. 441, 5; Plaut. Trin. 153). a. II, 72, 1 *ad uxorem versus p. memoriam sui, p. communes liberos oravit, exueret ferociam;* III, 16, 23 *p. quinque et quadraginta annorum obsequium, p. collegium consulatus — salutem infelicis filii rogo.*

## B. De modali praepositionis vi agitur.

Modalis praepositionis potestas tam arcte cum instrumentali cohaeret, ut, quando utraque ex eodem locali sensu originem ducit, aliquoties accurate distineri nequeant: itaque in hac dissertatione plura exempla, quae ab editoribus et aliis viris doctis modali significationi sunt ascripta, hac illave causa commotus in instrumentalem referre praetuli. Principium quidem huius notionis ad localem praepositionis vim necessario esse reducendum ex eis, quae disputavi, per se elucet neque probaverim Draegeri sententiam, qui (Hist. Synt. p. 563, 6) ex temporali id derivandum esse contendit his verbis: ‚Ursprünglich war damit wohl die Dauer eines Zustandes angegeben, während dessen etwas geschieht': nam falsum esse eius iudicium, iam primum exemplum, quod affert vir doctus ex Plaut. Mil. 979 ‚ut abeat per gratiam', demonstrare videtur, cum ibi non tam dicatur ‚sie gehe fort, so lange die Güte währt', quam ‚sie gehe fort auf dem Wege durch die Güte hin, mit Güte' atque ita omnino accipi debet modalis vis. Quaerentibus autem nobis, quî fieri potuerit, ut praepositio talem in se receperit notionem, id semper tenendum est, eam non in ipsa vocula latere, quippe quae unam illam localem vim conservet, sed potius in eius compositione. Locorum distributionem ita institui, ut sub litera

a) **substantiva**, quibus praefixa est praepositio, congererem per literarum ordinem:

α) De frequentia locorum huc relatorum memorare liceat, eos praeter scripta minora, ubi in Agricola tantum usurpantur, in annalibus duplo crebrius quam in hist. nobis se offerre: h. II, 30, 8 *robur p.* **adulationem** *attollentes.* 4, 4 *de se p.* **ambages** *interrogat;* a. II, 54, 16 *ferebatur Germanico p. a.— maturum exitium cecinisse.* h. III, 73, 17 *ceteri p. varios* **casus** *elapsi* (unter verschiedenen Abenteuern). 65, 10 *de pace ponendisque p.* **condicionem** (‚auf gütlichem Wege' Heraeus) *armis.* a. VI, 1, 5 *quem p.* **dedecora** *fovere, cum scelere insectantur.* 30, 12 *primo [alienationem mentis simulans] quasi p.* **dementiam** *funesta Tiberio, mox, ubi exspes vitae fuit, meditatas conpositasque diras inprecabatur:* Halmius, Haasius, Nipperdeius al. Bahrdtio auctore verba ‚alienationem mentis simulans' tamquam glossema vocabulis ‚quasi p. d.' adiectum uncis includunt, cum contra Ritterus antecedente Rupertio de vocibus ‚quasi p. d.' hoc statuere malit. Orellius autem utramque enuntiationem, optimo ut videtur iure, genuinam esse existimat. Altius examinare locum eo minus meum est, quo magis a tractanda materia abhorret atque id tantum monere libet, enuntiatum sic mihi comparatum videri, ut respondeant inter se membra ab hac parte et ‚alienationem mentis simulans' (sc. ut Caesaris misericordiam commoveret iniuriisque dictis excusationem quandam adderet) et ‚ubi exspes vitae fuit', ab illa parte et ‚quasi p. dementiam' et ‚meditatas compositasque diras': ceterum libenti animo complector Ottonis verba: ‚in der That ist es schwierig, ein sicheres Verdammungsurtheil über den einen oder anderen Satz auszusprechen'. 5, 5 *libertis — p.* **dolum***que comitantibus.* II, 17, 1 *catervis, quae p.* **ferociam** *proruperant:* fortasse causaliter quoque accipi possunt vocabula. XIV, 5, 6 *p.* **gaudium** *memorabat.* h. III, 57, 3 *centurio p.* **ignominiam** *a Galba dimissus.* IV, 8, 13 *saevitiam Neronis p. eiusmodi* **imagines** *inlusisse;* a. XV, 70, 5 *carmen — quo — militem p. eiusmodi mortis imaginem obisse tradiderat.*

XVI, 26, 5 *forsitan manus ictusque p.* **immanitatem** *ingesturi sint.* A. 44, 18 *p.* **intervalla** *ac spiramenta temporum — rempublicam exhausit;* a. IV, 73, 13 *p. intervallum adventantes* (in Absätzen). A. 29, 3 *casum — neque ambitiose, neque p.* **lamenta** *rursus ac maerorem muliebriter tulit.* h. III, 33, 13 *faces in — templa p.* **lasciviam** *iaculabantur:* quae eodem iure forsitan ad causalem vim referantur; a. XII, 7, 10 *non p. l. — rebus Romanis inludenti.* A. 19, 13 *p.* **ludibrium** *adsidere — cogebantur*; h. III, 66, 24 *novissimum spiritum p. l. et contumelias effundant an p. virtutem;* a. I, 10, 20 *consulti p. l. pontifices;* 20, 8 *p. l. rogitantes;* II, 17, 22 *quidam — p. l. figebantur;* XII, 27, 12 *reversos praedaque p.* **luxum** *usos — circumvenere.* VI, 1, 10 *memoriam nostri p.* **maerorem** *quam laeti retineatis.* II, 70, 1 *ea Germanico haud minus ira quam p.* **metum** *accepta.* I, 17, 10 *terras, ubi p.* **nomen** *agrorum uligines — accipiant;* XIII, 9, 5 *suspectos p. n. obsidum amoveret:* Handius quidem l. l. p. 447, 16 hanc compositionem separatim tractat, sed modalem ei subesse notionem primo conspectu elucet. h. IV, 30, 10 *Civilis — p.* **otium** *adsidebat*; I, 31, 12 *habebantur p. o. aut levia munia;* a. XIII, 54, 14 *illic p. o. — dum — percontantur, advertere quosdam:* alia huius vocis exempla vide sub lit. γ. h. V, 9, 17 *Felix p. omnem* **saevitiam** *ac libidinem ius regium — exercuit.* IV, 60, 15 *increpante Germanos tamquam fidem p.* **scelus** *abrumperent.* A. 3, 16 *ad — terminos p.* **silentium** *venimus;* h. II, 74, 3 *paratus, ut — precantem p. s. audierint;* a. II, 38, 21 *talia — p. s. aut occultum murmur excepere;* IV, 53, 2 *profusis diu ac p. s. lacrimis;* XI, 37, 20 *adstititque tribunus p. s.;* XIV, 10, 2 *p. s. defixus;* XVI, 25, 9 *distingui — memoriam honesti exitus ab ignavia p. s. pereuntium.* h. I, 8, 15 *abducto Verginio p.* **simulationem** *amicitiae* (unter dem Scheine von): alibi etiam ablativum ita reperimus ut h. I, 45, 12 simulatione irae 58, 5; II, 61, 3 al.; conferas quoque praeter illud ‚p. nomen' praecipue verba ‚p. speciem'; 74, 11 *quos p. s. officii legatis Otho adiunxerat;* a. XIV, 6, 12 *bonaque obsignari iussit, id tantum*

*non p. s.* (mit Verstellung). h. I, 24, 5 *eo paulatim progressus est, ut p.* **speciem** *convicii — nummos divideret:* coniunctio verborum ‚p. speciem' (unter dem Scheine von), pro qua maxime in ann. etiam ablativo casu uti solet Tacitus e. c. h. I, 30; 74; 88; a. I, 3; 4; 10; 44 al., in his locis semper sequente genetivo obvia est: h. I, 71, 5 *p. sp. vinculorum*; IV, 57, 3 *explorandi*; V, 12, 17 *sacrificandi;* a. I, 34, 6 *exosculandi*; IV, 8, 7 *maestitiae;* 54, 2 *amicitiae;* VI, 3, 9 *studiorum;* 56, 10 *officii;* XI, 1, 5 *benevolentiae*; XII, 3, 2 *necessitudinis;* 41, 13 *honoris.* a. I, 61, 19 *aquilis p.* **superbiam** *inluserit;* XI, 38, 2 *ferrumque — pectori p.* **trepidationem** *admovens.* III, 49, 6 *id Lutorius — p.* **vaniloquentiam** *legerat:* ubi fortasse causalis quoque notio statui possit; VI, 37, 11 *p. v. et minas iaciebat.*

β) Aliquoties praepositionem distributivam quandam significationem praebere e. g. in elocutionibus ‚p. gradus, p. annos' al. supra iam vidimus neque hic aliam ei attribuemus vim, si modali sensu ita adhibitam reperimus, ut rationem, qua maior res in singulas partes sit divisa, indicet. Tali potissimum potestate, quae ex prioribus libellis tantum in Germania semel, in hist. autem multo rarius quam in ann. obicitur, Tacitus solus, ni fallor, omnium auctorum praepositionem copulare adamat cum verbo **componendi**, ut docent exempla haec: G. 6, 18 *acies, p. cuneos componitur;* h. IV, 66, 3 *iuventute — p. cohortes composita;* a. II, 52, 5 *vagos — p. vexilla et turmas componere;* 78, 7 *desertores p. manipulos componit;* XV, 29, 9 *eques compositus p. turmas et insignibus patriis;* 37, 8 *remigesque exoleti p. aetates et scientiam libidinum componebantur.* — Quibus haec eiusdem notionis annectantur: h. I, 79, 11 *p. turmas advenere;* IV, 78, 2 *consistunt p. cohortes et manipulos*; a. II, 45, 8 *deriguntur acies — vagis incursibus aut disiectas p. catervas:* ubi Nipperdei verba et ad h. l. et ad ann. l. III, 55 facta tecum mente reputes: is enim ablativum quidem ‚vagis incursibus' recte pro modali habendum esse censet, sed voculae ‚per' eandem localem significationem atque in a. I, 2, 8 ‚p. acies' dat (das sich Erstrecken, Bewegen in einer Sache hin): equidem

autem ex mea sententia, quam in prooemio et explicando exemplo a. I, 2, 8 defendere conatus sum, ne hoc quidem loco depellor; III, 4, 4 *miles cum armis — populus p. tribus — clamitabant:* lectorem denuo in Rothii excursum XXV reicio; 74, 2 *quia — pluris p. globos incursaret, — tres incessus — parantur;* XIV, 13, 9 *liberorum agmina p. sexum et aetatem disposita;* 34, 8 *copiae passim p. catervas et turmas exsultabant;* XVI, 5, 6 *a militibus — qui p. cuneos stabant.*

γ) Si praepositio ex locutionibus, quales sunt: **tempus, diem agere, transigere** al. pendet, eam designat rationem, qua tempus, dies agatur, et quamvis ex nonnullis locis huc pertinentibus instrumentalem quoque vim elicere possimus, tamen, ne nimis divellantur, etiam eos, praesertim cum modalis notio ab eis minime absit, sub hac litera colligere non dubitavi. Ceterum Tacitus hanc coniunctionem, quae omnino posteriori demum aetati propria videtur, maxime in minoribus scriptis, excepto dialogo, et hist. in usum vocat, in ann. autem in componendis postremis libris ad eam denuo revertitur: A, 4, 8 *p. omnem honestarum artium cultum pueritiam — transegit;* 6, 4 *vixeruntque mira concordia, p. mutuam caritatem et invicem se anteponendo:* Orellium haud iustam habere opinionem, cum dicat: ‚per hic ad tempus refertur, quasi dixisset: in continua caritate mutua', per se intellegitur ideo, quia ex eis, quae disputavi, et ablativis et praepositioni idem assignare multo praestat; 18, 27 *tempus alii p. ostentationem et officiorum ambitum transigunt;* G. 15, 2 *non multum venatibus, plus p. otium transigunt;* h. I, 47, 1 *exacto p. scelera die;* II, 85, 17 *p. varias moras — iter trahens;* III, 78, 2 *exercitus festos Saturni dies — p. otium agitabat;* IV, 43, 12 *consumptus p. discordiam dies;* 62, 4 *omne tempus p. varias curas egere;* V, 10, 8 *annus — p. otium transiit* (cf. A. 6, 14 annum quiete et otio transiit); 15, 5 *nox apud barbaros cantu aut clamore, nostris p. iram ac minas acta;* a. XIII, 20, 1 *provecta nox erat et Neroni p. vinolentiam trahebatur;* XV, 63, 4 *in contemplatione*

*vitae p. virtutem actae;* XVI, 18, 2 *dies p. somnum, nox officiis et oblectamentis vitae transigebatur.*

b) Per cum **adiectivis** neutrius generis componitur. Eum usum, ex quo adiectiva substantivorum vice fugentia ex praepositionibus pendent itaque modo pro adverbiis modo pro adiectivis ponuntur, maxime proprium esse constat poetis (Roth. exc. XXIV p. 218 sq. Reissig l. l. p. 395. 725 ann. 371): pedestres autem scriptores demum, ex quo Sallustius auctor praecessit, eum latius adhibent. Tacitus, qui quidem cum alias praepositiones tum praecipue ‚in' haud raro in talem usum vocare solet, voculam ‚per' modali sensu exornatam parce sic coniunxit, cum in Agricola, ubi in unum locum incidimus, et in ann. solis obviae sint huiusmodi locutiones: a. VI, 8, 8 *Gallus — p.* **deridiculum** *auditur* (cf. Plaut. Pseud. IV, 5, 7 verba alicui p. d. dare); I, 75, 8 *erogandae p.* **honesta** *pecuniae cupiens;* A. 23, 4 *Clota et Bodotria diversi maris aestibus p.* **immensum** *revectae*; a. XV, 40, 2 *prorutis p. i. aedificiis*: utrique loco fortasse non minus apte localis vis (durch eine grosse Strecke hin) attribui possit. De significatione vocis ‚immensi', quae apud Tacitum valde est debilitata, compares Wölfflini explanationem in Phil. XXVI, p. 159 prolatam; a. IV, 42, 8 *p.* **occultum** *lacerabatur*; 71, 21 *privignos cum p. o. subvertisset, misericordiam — palam ostentabat*; V, 4, 13 *exercentibus plerisque p. o. — libidinem;* VI, 13, 15 *cum — delationes exercerent alii propalam, multi p. o.;* XII, 13, 4 *rex Izates societatem — palam induerat, in Gotarzen p. occulta et magis fida inclinabat.*

## C. De causali praepositionis vi agitur.

Quod et in eis, quae in universum dicta sunt de translata praepositionis notione, et in unaquaque particula semper tenendum esse praedicavi, etiam in hanc quam nunc contemplabimur significationem cadit; nimirum in nonnullis locis

profecto dubium videri potest, utrum causalem an modalem an instrumentalem rationem statuere praeferamus. Atque hoc ne quisquam miretur, nam causalis quoque vis a locali est repetenda atque praepositio nihil aliud significat, nisi ‚auf dem Wege durch etwas hin' sicut in exemplo ‚per amorem hoc fecit' i. e. durch die Liebe hingehend, seinen W. durch die Liebe hin nehmend, aus Liebe. Si originem huius notionis eiusque usurpationem spectamus, mihi quidem verisimillimum videtur, initio ad ea tantum verba annexam esse praepositionem, quae animi motum affectumque exprimunt et postea demum, id quod simili modo in adhibendo ablativo et interioris, ut ita dicam, et exterioris causae observatur, etiam ad denotandam causam externam (äuszerer Beweggrund) esse translatam. Ex hac autem ratione exempla, quae in Agricola quater et in ann. triplo plus quam in hist. obvia progredientem paulatim amplificationem satis ostendunt, in duas dividere partes, eo magis me supersedere posse arbitratus sum, quo facilius altera potestas cognoscitur. Ac primum quidem eos locos proferam, in quibus aptatur praepositio

a) **substantivis**: h. II, 87, 9 *obvii — quidam metu, multi p.* **adulationem**. a. IV, 12, 16 *Postumum p.* **adulterium** — *consiliis suis peridoneum.* XV, 2, 3 *hunc — cum mihi p.* **aetatem** *summo nomine concessisset, in possessionem Armeniae deduxi*; XVI, 32, 3 *non Plauto p. aet. nosci potuisse.* h. IV, 68, 15 *adsumuntur e civitate clarissimus quisque et alii p.* **ambitionem**; a. XVI, 17, 8 *petitione honorum abstinuerat p. a. praeposteram.* XV, 71, 13 *Prisco p.* **amicitiam** *Senecae — data exilia.* VI, 47, 15 *come Tiridatis ingenium Romanas p.* **artes** *sperabant.* h. I, 60, 1 *Maximus p.* **avaritiam** *ac sordes contemptus exercitui*: cur omnes fere editores a Med. cod. lectione ‚sorde' recesserint, equidem non comprehendo: quod enim in c. 52, 5 item exstat scriptum ‚sorde', ubi ‚sordes' legatur necesse est, in utroque loco idem ponere minima est causa; a. XIII, 1, 17 *vitiis p. a. et prodigentiam mire congruebat.* XI, 15, 2

*rettulit — ne vetustissima Italiae disciplina p.* **desidiam** *ex-olesceret.* h. II, 75, 4 *fluxam p.* **discordias** *militum fidem.* a. V, 1, 3 *Iulia — nobilitatis p. Claudiam* **familiam** *et adoptione — clarissimae.* h. II, 77, 14 *p.* **fastidium** *et contumacia hebescunt:* mirum in modum Ritterus, optimi Med. alterius scripturam ‚contumacia' reiecit atque in textum quem vocant lectionem minoris momenti librorum, quae est ‚contumaciam', inseruit: at huius viri docti sententiae saepissime sunt difficillimae intellectu. A. 37, 20 *acceptum aliquod vulnus p. nimiam* **fiduciam** *foret.* a. VI, 13, 5 *egens ob luxum, p.* **flagitia** *infamis;* XV, 44, 10 *reos —, quos p. fl. invisos vulgus Christianos appellat.* I, 56, 18 *astu magis quam p.* **formidinem** *cessit.* XV, 33, 10 *Caesarem p.* **honorem** (zu seiner Auszeichnung) *et varios usus sectantur.* A. 41, 7 *exercitus — temeritate aut p.* **ignaviam** *ducum amissi;* h. III, 86, 6 *studia exercitus — adfuere — huic p. ign.;* a. XI, 29, 6 *metu, ne — traherentur, desistunt, Pallas p. ign.* III, 38, 16 *ducibus diversis et paribus inter se p.* **ignobilitatem**. XVI, 4, 15 *laetabantur p.* **incuriam** *publici flagitii.* h. II, 93, 3 *p.* **inlecebras** *urbis et inhonesta dictu* (in Folge von) *corpus otio, animum libidinibus imminuebant.* a. XIV, 24, 2 *exercitusque ut nullis ex proelio damnis, ita p.* **inopiam** *et labores fatiscebant.* A. 28, 12 *amissis p.* **inscitiam** *regendi navibus;* h. I, 54, 11 *fore ut accerrimi — p. tenebras et insc. ceterorum occiderentur:* quod exemplum, quamquam sub literis II, A. iam est eius mentio facta, denuo huc retuli, quia vocula ‚per' alteri voci applicata aliam habet notionem quam priori: ne autem pro voce ‚inscitiam' ‚inscitia' legamus, id quod coniecit Rhenanus et commendat Heraeus, fortasse exemplis h. I, 20, 16 et a. II, 55, 11 prohiberi poterimus; II, 88, 16 *cum turbam populi p. insc. parum vitarent.* a. I, 11, 20 *perscripserat Augustus — incertum metu an p.* **invidiam**; II, 26, 22 *quamquam fingi ea seque p. inv. abstrahi intellegeret;* IV, 40, 22 *perque inv. tui me quoque incusant;* XIII, 43, 24

*filium — adgressis accusatoribus p. inv. patris et crimina repetundarum.* A. 38, 3 *deserere domos ac p.* **iram** *ultro incendere;* h. III, 22, 6 *ordinem agminis disiecti p. i. ac tenebras adseverare non ausim;* 84, 30 *obvius — Vitellium infesto ictu p. i.;* a. II, 68, 9 *quasi p. i. gladio eum transigit.* h. II, 68, 9 *militibus — p.* **lasciviam** *ad certamen luctandi accensis;* a. XIV, 20, 11 *mores funditus everti p. accitam lasc.* III, 70, 5 *palam aspernante Atcio Capitone quasi p.* **libertatem**. XIV, 51, 10 *desiderium eius mansit p.* **memoriam** *virtutis et successorum — innocentiam — flagitia.* IV, 56, 16 *deligere p.* **modestiam** *abnuebat;* V, 2, 4 *honoresque — quasi p. m. imminuit.* III, 9, 9 *Caecina p. varias* **moras** *prima hostibus prodidit tempora belli* (cf. h. II, 85, 7). XIII, 16, 13 *solitum ita ait p. comitialem* **morbum**. XIV, 46, 5 *aemulis inter se p.* **nobilitatem** *Volusio atque Africano.* I, 24, 10 *quasi p.* **officium** (zur Ehrenbezeugung) *obviae fuere legiones.* XII, 10, 11 *sociis — cedentibusque p.* **reverentiam**: qui locus forsitan inter exempla modalitatis referri possit., VI, 51, 8 *contemptu ambitionis an p.* **senectutem** *haud dedicavit.* III, 50, 8 *est locus* **sententiae**, *p. quam neque huic delictum impune sit.* III, 4, 2 *dies — modo p.* **silentium** *vastus, modo ploratibus inquies.* II, 42, 7 *id Archelaus p.* **superbiam** *omiserat.* XIV, 15, 21 *quasi p.* **virtutem** *clari honoratique agere.* XV, 48, 6 *claro — rumore erat p. v. aut species virtutibus similes.* — Quibus adiciatur hic locus haud bene in priorem ordinem inserendus: a. VI, 36, 11 *exercitui p. L. Apronium socerum exercitui non ingratus.*

b) Cum **adiectivis** copulatur praepositio tantum hic: a. I, 65, 1 *nox p.* **diversa** *inquies;* III, 14, 10 *iudices p. d. inplacabiles erant.*

c) Cum **pronominum neutro genere** conectere voculam ‚per', bonae quidem latinitatis scriptores, ut docent Handius l. l. p. 445, 11 et Draegerus (Hist. Synt. p. 565), se abstinuerunt, posterioris autem etiam hanc verborum coniunctionem,

qua Tacitus quoque usus est his locis, conformare non sunt veriti: D. 33, 20 *p. quae colligitur:* ubi verba ‚p. quae' plane adaequant vocem ‚propterea'; a. I, 28, 22 *commotis p. haec mentibus*; 60, 1 *conciti p. h. — Cherusci*; IV, 18, 10 *destrui p. h. fortunam suam Caesar rebatur:* quae quidem annalium exempla aliquomodo ad instrumentalem quoque praepositionis vim accedunt.

# Index.

---

# Theses.

I.

In Taciti Germ. c. 45 optime sic legitur: ‚fecundiora igitur nemora lucosque — occidentis insulis terrisque inesse crediderim, qua sucina solis radiis expressa atque liquentia in proximum mare labuntur'.

II.

In Tac. ann. l. XIII, c. 8 ita scribendum esse censeo: ‚additis cohortibus alisque, quae per Cappadociam hiemabant'.

III.

Iuvenal. sat. I, v. 156: ‚qua stantes ardent, qui fixo pectore fumant' pro glossemate habendus est.

IV.

Soph. Antig. v. v. 205 et 206 sic scribendi sunt:

*ἐᾶν δ' ἄθαπτον καὶ πρὸς οἰωνῶν δέμας*
*καὶ πρὸς κυνῶν ἐδεστὸν αἰκισθέν τ' ἰδεῖν.*

V.

Tacitum anno quinquagesimo septimo p. Chr. n. lucem aspexisse, verisimillimum mihi videtur.

VI.

Haasii sententiae, non usum esse Tacitum perfecti formis in 'erunt' exeuntibus pro aoristico, sed logico tantum perfecto, ipsa dicendi consuetudo Tacitea repugnat (Reissig, Vorles. p. 224 ann. 269).

VII.

Utrumque latini sermonis supinum casus esse substantivi verbalis ex quarta quae vocatur declinatione flexi persuasum habeo.

VIII.

Formas, quales occurrunt in antiquioris aetatis lingua germanica: ‚scrirumês, pirumês, pirut' al., non reliquias esse formationis perfecti, sed r literam hiatus explendi causa insertam existimo.

IX.

Logice, qualis hodie in gymnasiis tractatur, vix necessaria videtur disciplina, quae posthabita lingua germanica nimis praefertur.